endanger him by betraying his secrets or the fortresses which make it possible for him to be secure. Honest, that is, not to do anything that would detract from his lord's rights of justice or the other prerogatives which have to do with his honour. Useful, not to cause him any loss as regards his possessions. Easy and possible, not to make it difficult for his lord to do something that would be of value to him and that he could otherwise do with ease, or to render it impossible for him to do what was otherwise possible. That the vassal should avoid injuring his lord in any of these ways is only right, but this does not entitle him to a fief; for it is not enough to abstain from evil, it is also necessary to do good.² So it remains for him to give his lord faithful counsel and aid as regards these six points if he wishes to be considered worthy of his benefice and secure as to the fidelity that he has sworn. The lord, in turn, should be faithful to his vassal in all these matters. If he does not do so, he will rightly be considered unfaithful, just as the vassal, if he is caught violating any of them by his own actions or by giving his consent, will be considered perfidious and perjured. I would have written you at greater length if I were not taken up with many other matters and especially with rebuilding our city and church, which not long ago was totally destroyed by a terrible fire.³ Although it is impossible for us not to be concerned for some time over this loss, yet now we are breathing again in the hope of comfort from God and you.

Fulbert to Count Stephen of Troyes¹ before 9 June 1021

To the noble Count S(tephen) from F(ulbert), by grace of God bishop of Chartres, with the faithful service of his prayers.

If in electing a bishop for your city you were proceeding in accordance with the law, you would have our humble support so far as is just and proper. But now it is rumoured both in the court and outside that the clerk whom you wish to elect has lured your favour with the whistling of promises and the bird-lime of money. These rumours also have it that he has seized control of the bishop's palace and possessions though the king has not ordered it and the bishops of the province have not given their consent.

palem inuasit.^a Quae si sunt uera, non sunt regularia; nec me uel uobis uel aliis contra ius et fas opitulari oportet. Valet.^b

53

Fulbert to King Robert: advising him as regards Lisiardus' usurpation of the bishopric of Meaux¹ before 9 June 1021

Dilectissimo domino suo regique R(otberto) F(ulbertus) humilis episcopus humilitatem in prosperis, fidenciam^a in aduersis.

De Lisiardo clerico, qui Meldensis episcopii res odiosa inopunitate inuasit, tale consilium damus. Precipite archiepiscopo Senonensi² ut uel ipse episcopium uisitet, uestraeque et suae dicioni reuocet ut dignum est, uel si id facere prohibeatur, mandet predicto Lisiardo per litteras ex sua et nostra (suorum uidelicet suffraganeorum) parte conscriptas, ut cedat loco et rebus stulte peruasis, et de presumptione sua nobis satisfacere studeat ante proximam festiuitatem sancti Petri apostolorum principis.³ Quod si facere neglexerit, ex tunc in antea a nobis omnibus excommunicatus sit. Valet.

54

Fulbert to Bishop T(hierry of Orleans?):¹ explaining that it would be better not to excommunicate those who have injured him before 9 June 1021

Dilectissimo fratri et coepiscopo suo T(heoderico) F(ulbertus).

Illatam uobis iniuriam uere meam facio compassionis affectu, in eos qui sacro ordini fecere contumeliam zelo feruens. Sed quia nec uobis utile esse uideo nec mihi tutum ut zelus noster ad uindictam excommunicationis erumpat, expectandum et commonitoriis utendum esse reor, donec illos aut penitentia corrigat, aut summi iudicis sententia multet. Valet.

^a euaserit L

^b Vale L

53 LDRKPBVH

^a fiduciam BH

54 LDRKCPBVH

If these things are true, they are unlawful; and it is not fitting for me to aid you or others in matters contrary to human and divine law. Farewell.

Fulbert to King Robert¹

before 9 June 1021

To his very dear lord and king, R(ober), from F(ulbert), humble bishop, with his wish for humility amid prosperity, confidence amid adversity.

As regards the clerk Lisiardus, who has acted with detestable violence in seizing control of the bishopric of Meaux, we advise you to do as follows. Instruct the archbishop of Sens² to go in person to the bishop's palace and to bring it back under your control and his as it should be, or, if he cannot do this, to write a letter to Lisiardus in his name and ours (namely, as his suffragans), ordering him to surrender the office and possessions which he has foolishly usurped and to undertake to make satisfaction to us for his presumption before the next feast of St. Peter, Prince of the Apostles.³ But if Lisiardus should refuse to do this, let him be excommunicated by all of us forthwith. Farewell.

Fulbert to Bishop T(hierry of Orleans?):¹

before 9 June 1021

To his very dear brother and fellow bishop, T(hierry), from F(ulbert).

In my warm sympathy for you I have made the wrong done to you my own, and I am burning with zeal against those who have committed a shameful crime against the episcopate. But since I do not see that it would be useful to you or safe for me if we let our zeal break forth and take vengeance by excommunicating them, I think we should rest content with sending them letters of warning until they are corrected by doing penance or punished by order of the Supreme Judge. Farewell.

53. ¹ See no. 52.

² Leothericus.

³ 29 June.

54. ¹ See p. lxxviii.

55

Fulbert to Archbishop Leothericus of Sens: suggesting that he postpone a synod because of local warfare

before 9 June 1021

Venerabili Senonensium archiepiscopo L(eutherico) F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus oracionis suffragium.

Vides, pater, et audis quanta bellorum incendia nostris in partibus exardescunt. Vnde periculosum esse timeo nos ad metas^a destinatae synodi conuenire. Quid autem super hoc tuae prudentiae uideatur, cito mihi remanda.

56

Fulbert to Bishop G.:¹ advising him as regards the consecration of Archbishop Ebalus of Rheims

5 March-9 June 1021

Egregie dilecto coepiscopo suo G. F(ulbertus).

Amor iustitiae qui tuam, pater, animam inuit abnormitatem fecit eam offensam et ab excessibus cautam. Cuius rei fidem cum ex aliorum dictis, tum ex litteris tuis euidenter accepi. Sed ab ordinacione Ebalus² non ualde tibi metuendum esse puto, si est (ut dicitur) ab infancia Christianus, sano sensu, sacris litteris eruditus, sobrius, castus, amator pacis et dilectionis, nullo crimine, nulla infamiae nota turbatus,^a tandemque a clero et populo suae ciuitatis electus.³ Magni etenim uiri ut optime nosti, Ambrosius

55 LDRKPBVH
in a different hand

^a metam DRK The 's' superscribed over '-a' in L is

56 LDRKCPBVH

^a turpatus PVH

56. ¹ The addressee cannot be identified with certainty; but if, as seems probable, he was a suffragan of Rheims, it was Guido of Senlis (see p. 63), Garin of Beauvais (see p. 223 n.), or Gerard of Cambrai (see T. Schieffer, 'Ein deutscher Bischof des 11. Jahrhunderts: Gerhard I von Cambrai (1012-1051)', *Deutsches Archiv*, i (1937), 323 ff.).

Fulbert to Archbishop Leothericus of Sens

before 9 June 1021

To the venerable archbishop of Sens, L(eothericus), from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with the support of his prayers.

You see and hear, father, what great flames of war are flaring up around us, and so I fear it is dangerous for us to gather for the synod as planned. But quickly let me know what you in your wisdom think best in this matter.

Fulbert to Bishop G.¹

5 March-9 June 1021

To his very dear fellow bishop G. from F(ulbert).

The love of justice with which your soul is imbued, father, has made it a stumbling-block to irregularity and wary of transgressions. I have received clear evidence of this both from what others have said and from your letter. But as regards consecrating Ebalus,² I do not think you need have any serious fear if, as is said, he has been a Christian from infancy, is of sound mind, and is learned in sacred doctrine, if he is sober, chaste, a lover of peace and charity, and unsullied by any crime or mark of infamy, and finally if he has been elected by the clergy and people of his city;³ for indeed, as you well know, great men such as Ambrose of

² Whether the Ebalus who became archbishop of Rheims was Count Ebalus of Roucy is disputed. It is rejected by H. Moranvillé, 'Origine de la maison de Roucy', *BEC* lxxxiii (1922), 39 ff., and Newman, p. 71 n., and accepted by Pfister, *Robert*, pp. 183, 238, and Coolidge, pp. 67 f., 85 ff., largely on the basis of nos. 47 f. in the present collection and an entry in the thirteenth-century chronicler Alberic des Trois Fontaines. Ebalus was put forward by Bishop Adalbero of Laon (see no. 47), but opposed by Bishop Gerard of Cambrai on the grounds that church law forbade a layman to be raised directly to the episcopate (*Gesta Pontificum Cameracensium*, iii. 25 (*MGH SS* vii. 473 f.)). There had been notable exceptions to this including the two whom Fulbert mentions. These may indicate that he was acquainted with Paulinus' life of Ambrose and Constance of Lyon's life of Germanus or Stephan's life of Germanus' predecessor, Amator.

³ Though Fulbert does not seem to be drawing on any one source, cf. *Statuta ecclesiae antiqua*, prologue (ed. C. Munier (Strasbourg, 1960), pp. 75 ff.)=c. 1 (Mansi, iii. 949 f.; Hinschius, p. 303). Such formulations ultimately derive from 1 Tim. 3: 1 ff.; Titus 1: 7 ff. Cf. 2 Tim. 3: 15; Jerome, ep. liiii. 3, lxx. 3 (ed. Hilberg, *CSEL* liv. 447, 704).

Mediolanensis, et Germanus Autisiodorensis, aliique nonnulli, quia tales in laico habitu extiterunt, subito nobis sancti presules exierunt.^b Dominus uero papa, cuius animaduersionem te reuereri significasti, non est quod tibi merito debeat succensere, si te grauius collapsae sanctae Remensi aecclesiae aliquam spem resurrectionis audierit prouidisse. Vale inperpetuum memor mei, uere fidelis tui. Illi quoque ualeant qui tuam memoriam mihi commendauerunt.

57

Fulbert to Bishop Franco of Paris: enclosing his letter rebuffing Azelinus' efforts to regain the bishopric of Paris¹ mid 1021-1022

Venerabili fratri et coepiscopo F(ranconi) F(ulbertus) salutem.

Superfluum duxi longam fabulam nostri senis transcribere et mittere tibi cum totam^a rationem eius (siqua est) ex mea breui responsione facile percipere possis, quae fuit huiusmodi: 'Fratri in Domino et consacerdoti suo A(zelino) F(ulbertus). Absit, frater, ut credatur uerum esse quod scripsisti, meum archipresule² et me tuam confessionem publicasse, non est enim uerum; tuque dum talia scribis, bene meritis de te^b ingratus es, et iniuste contumeliam facis. Siqua enim honesta tua nouimus aut sperauimus, fideliter ea publicauimus ad testimonium tuae probitatis, contra illos maxime qui discessionem tuam ab episcopatu auaritia^c uel ignauiae uel turpitudini ascribere nitebantur. Siqua uero occulta quae penitenda forent nostrae fidei credidisti, caute celata sunt. At si talia confessus es quae prius et postmodum ore uulgi uentilata sint, ea nos occultare nequimus. Comperi autem ex litteris tuis tibi molestum esse quod te monasticae uitae diximus amatorem. Quod, quia nocere non intelligo, molestum esse demiror. Amor namque religionis episcopali gradu quem repetis dignum te potius quam indignum efficeret, si nihil aliud inpediret. Vtrum autem sit uel quid sit quod inpediat, sagacitatem tuam non arbitror ignorare. Si quedam grauis causa quam dissimulas non

^b exierunt *corr.* to extiterunt L extiterunt DRKVH effulserunt C

^a totam *om.* DR ^b de te *om.* DR ^c auaritia^c episcopatu *with* auaritia^c *marked for deletion* LK auaritia^c *om.* DR

57. ¹ See no. 28.

² Leothericus of Sens.

Milan, Germanus of Auxerre, and several others, since they possessed these qualities as laymen, suddenly rose in our midst to be saintly bishops. As for your fear of being censured by the pope, there is no just reason for him to be angry with you if he hears that you have provided the holy church of Rheims, which has fallen into utter ruin, with some hope of recovery. Farewell, now and always, and remember me, your true and faithful servant. My best wishes to those who conveyed your regards to me.

Fulbert to Bishop Franco of Paris¹ mid 1021-1022

To his venerable brother and fellow bishop, F(ranco), from F(ulbert), with his greetings.

I have not thought it necessary to make a copy of our elderly friend's long story and to send it to you since you can easily grasp his whole case (such as it is) from my brief reply, which was as follows: 'To his brother in the Lord and fellow bishop, A(zelinus), from F(ulbert). Heaven forbid, brother, that what you wrote be believed to be true, namely that my archbishop² and I made your confession public; for it is not true, and when you write such statements, you are being ungrateful to those who deserve well of you and abusing them unjustly. If we knew of or hoped for anything honourable concerning you, we faithfully made it public as evidence of your integrity, especially against those who were trying to attribute your leaving the bishopric to greed, sloth, or immorality. If you entrusted to our confidence any secret matters that called for penance, they were carefully concealed. But if you confessed matters that might have been bandied about as common talk both before and since, these we could not conceal. I also learned from your letter that you are upset at our saying that you loved monastic life. Since I do not see how this can harm you, I am astonished that it upsets you, for love of the religious life would make you worthy rather than unworthy of the episcopal office that you are trying to regain, provided nothing else stood in the way. Whether there is something else and if so, what it is, I do not think that you in your wisdom are unaware. If a certain serious matter that you are hiding does not block your path, the

obstaret, ea est huiusmodi. Si de repetendo episcopio querimoniam incipere uelis, non satis apparet cui eam iure intendere possis. Nullus enim te expulit, nullus cathedram tuam te renitente peruasit; sed tutemet ultro causa egritudinis (ut aiebas) curam episcopalem simul et cathedram reliquisti (ut perhibent), et siue Franconem tunc decanum Parisiacensis ecclesiae, siue quemlibet alium subrogari tibi uerbis et scriptis a rege petisti. Quod si ita est, et sic tibi consequenter substitutus est Franco eligente clero, suffragante populo, dono regis, approbacione Romani pontificis, per manum metropolitani Senonensis, fulcitur itaque^d substitucio et consecracio eius fauore quoque et auctoritate beati Gregorii papae, qui scriptis suis sicut nulli pontificum non petenti pro qualibet egritudine succedendum fore docuit, ita uoluntarie renunciandi sedi suae^e successorem nullo modo denegauit.³ Siquid aliud est quare te episcopatu carere oporteat, tute noueris. Sin autem, hoc tanti nobis esse uidetur, ut te facere ualeat recuperacionis exortem. Quapropter desine curiosos instigatores audire, desine reges et presules inefficacis querimoniae tediosis scriptitacionibus fatigare, et ecclesiae Parisiacensi te inopportune obtrudere uelle, quae (ut fatetur) nec ut^f patronum te habuisse gauisa est, nec doluit amisisse, quippe cum^g neque ex presencia tua doctrinae profectum, neque ex absentia senserit detrimentum.⁷ Viue memor nostri.

58

*Fulbert to Archbishop Ebalus of Rheims: informing him that he has persuaded Count Odo of Chartres to make amends and advising him to bear up*¹ mid 1021–1022

Venerando Remorum archipresuli Ebalu F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus.

Angustiae tuae compaciens, Odonem comitem arguendo conueni. Respondit tandem quod in te deliquerat emendare se uelle, et ad tollendam animi tui egritudinem, adiuuare quod maxime desideras, ut Remensis ecclesia respiret ad pristinam dignitatem.

^d utique P ^e suae sedi LDRK ^f ut om. P ^g tum P

58 LDRKCPB

³ e.g. ep. xi. 29; xiii. 7, 8 (*MGH Ep.* ii. 299 f., 372 ff.).

58. ¹ See pp. lxxix f.

case is as follows. If you wish to initiate a complaint to regain your bishopric, it is not altogether clear against whom you can bring a legal charge; for no one drove you out, no one seized your episcopal throne against your will. But you yourself on grounds of ill health (so you said) voluntarily relinquished your episcopal charge along with your throne (as they say), and you asked the king by word of mouth and in writing to have Franco, then dean of Paris, or someone else chosen to succeed you. If this is the case, and if as a result Franco was put in your place by the election of the clergy, with the support of the people, by the grant of the king, with the approval of the Roman pontiff, and through the hand of the archbishop of Sens, then his election and consecration are supported and approved by the authority of the blessed Pope Gregory; for in his writings, just as he taught that a bishop is not to be replaced by reason of illness unless he requests it, so he in no way prohibited choosing a successor to one who voluntarily renounces his see.³ If there is another reason why you should not have a bishopric, you yourself should know it; and even if there is not, this seems to us to be enough to keep you from regaining it. So stop listening to meddling trouble-makers, stop wearying kings and bishops with tiresome scribblings about an unsupportable suit, and stop wishing to force yourself by violence upon the church of Paris, which, so it confesses, was neither happy to have had you as its protector nor sorry to have lost you, since to be sure it felt neither increase of learning from your presence nor loss from your absence.⁷ Farewell, and remember us.

*Fulbert to Archbishop Ebalus of Rheims*¹ mid 1021–1022

To the venerable archbishop of Rheims, Ebalus, from F(ulbert), humble bishop of Chartres.

In my sympathy for your distress, I confronted Count Odo and took him to task. At length he replied that he was willing to make amends for the wrong he had done to you and, in the hope of raising your flagging spirits, to help you realize your fondest desire, namely to restore the church of Rheims to its former

Si haec tibi facere uoluerit, recipere^a suadeo, ut quamprimum expeditus redeas ad officium tuum. Deinde suggero etsi non indiges, ut ad pacem pauperum componendam^b tota mente satagas,^c quos sui reges et principes uehementer affligunt.² Preterea^d Beroldo episcopo³ referente audiui sic te merore affectum, ut curam gregis Domini relinquere uelis. Quod ego acriter et amice redarguo, testans te, si hoc egeris, non fuisse pastorem. Vale memor mei peccatoris in oracionibus tuis.

59

Fulbert to King Robert: telling of his efforts to support him and of the injuries inflicted on himself mid 1021–1022

Dilectissimo domino suo R(otberto) regi F(ulbertus) episcoporum humillimus consilium et fortitudinem a Deo.

Cum presentia mea nequeo, saltem litteris te reuiso, mi domine, sciscitans de fortunis tuis, et exponens aliqua eorum quae geruntur in partibus nostris. Carnotenses adhuc plerosque detineo ne in tuum nocumentum erumpant, sed Herbertum et Gausfridum¹ nullo interdicto refrenare potui. Faciunt tibi mala quae possunt, minantur quae non possunt.² Virtus altissimi conterat et disperdat superbiam eorum. Quidam autem uernaculi tui qui ab eisdem malefactoribus iniuriam passi sunt (Martinus scilicet de Villeri monte³ et filii eius) iram suam retorquent in terram sanctae sanctarum^a dominae nostrae, diripientes fruges et cetera bona nostra quae in uicinia sua sunt. Nos uero haec inulta^b patimur propter te, expectantes et deprecantes iustitiam tuam. Sunt haec et alia multa,

^a respicere L resipiscere DRK ^b pacem . . . componendam] pauperum componendam LC (C has a blank space after pauperum) pauperum componendam causam DRK ^c sagacitas L ^d Propterea L Praetereat D

59 LDRCPB

^a sanctorum om. LDRC

^b multa DC

² Perhaps a reference to the peace movement, though the letter is too early to connect it with the events of 1023 (Hoffmann, p. 56).

³ Of Soissons, 1021–27 October 1052 (DHGE viii. 878 f.; above, p. 62 n.).

dignity. If he should be willing to do this for you, I advise you to accept so that you may be free as soon as possible to return to your duties. Then I suggest (though you do not need the hint) that you strive with all your heart to bring about peace for the poor, who are suffering terribly at the hands of their own kings and princes.² I have also heard from Bishop Beroldus³ that you are so cast down and discouraged that you wish to abandon the care of the Lord's flock. As your friend I strongly urge you not to do it; and if you do so, I am witness that you have not been a shepherd. Farewell, and remember me, a sinner, in your prayers.

Fulbert to King Robert

mid 1021–1022

To his very dear lord, King R(ober)te, from F(ulbert), most humble bishop, with his prayer for the counsel and strength that comes from God.

While I cannot visit you in person, my lord, I can at least do so by letter, inquiring how things are going with you and telling you some of the events that have happened in our neighbourhood. I am still keeping most of those who live in the area of Chartres from breaking out and injuring you; but as for Herbert and Geoffrey,¹ enjoin them as I will, I have not been able to restrain them. They are doing all they can to harm you and threatening what they cannot do.² May the power of the Most High trample them down and destroy them in their pride. Some of your servants who have been injured by these evil-doers (namely, Martin of *Mons Villeri*³ and his sons) are venting their wrath against the land of our most holy Lady, plundering our crops and other possessions in their neighbourhood. We are bearing with these injuries and not taking vengeance for your sake, waiting and praying for you to do us justice. There are these and many other

59. ¹ Neither can be identified; and if my identification of Geoffrey, vicomte of Châteaudun, is correct (see p. lxxxi n.; nos. 98 ff.), he could hardly be the Geoffrey here.

² Gregory I, *Hom. in ev. xviii. 2* (PL lxxvi. 1151).

³ Martin is otherwise unknown; and the place-name cannot be identified with certainty, the closest forms being Monvilliers and Villermon, neither of which is attested until much later (L. Merlet, *Dictionnaire topographique du département d'Eure-et-Loir* (Paris, 1861), pp. 124, 191).

mi domine, quae me nimis angustiant. Satis olim honeri esse uidebatur aduersa corporis ualitudo; sed tamen illud egrius tolerabam quod res ecclesiae in superfluum domesticorum uictualia sic expendere conpellebar ex praua consuetudine praecessorum^c meorum, ut offitium hospitalitatis et elemosinae sicut mea interest administrare non possem. Nunc autem ipsas res, quantulae erant, passim inimici diripiunt. Additur his malis incendium ecclesiae nostrae,⁴ quam cum unde restaurem sicut decet non habeo, mihi quoque necessarios sumptus indulgeri detracto. His itaque et pluribus aliis difficultatibus circumuentus, quas uel pudoris lex uel breuitatis enumerare uetat,⁵ multa mecum agito, non ut erumnas in hac uita euadere coner (quod est impossibile), sed ut^d aliquo labore quamuis arduo ualeam restaurandae ecclesiae opem ferre. Huius uero consultationis meae finem tibi domino meo reuelatum iri disposui, cum Deus dederit tui oportunitatem alloqui. Vale perhenniter.

60

Fulbert to Bishop Odolricus of Orleans: declining his offer of assistance in going to a council mid 1021-1022

Dilectissimo coepiscopo suo O(dolrico) F(ulbertus) ex animo quicquid uerus amicus.

Primum gratias ago, karissime, quod nobis ad concilium et comitatum et obsequium pollicemini. Quod dum facitis, ingenita benignitate uestra multum nos hylaratis. Et nobis quidem desiderium esset memorato concilio interesse, sicut etiam uenerabili archiepiscopo nostro Leutherico in audientia uestra nos dixisse meminimus; sed difficultates ex malitia huius temporis abortae non sinunt. Quod etiam uos illi^a notum facere precamur, ne sit nostra expectatione suspensus. Ceterum exobtabilis colloquii uestri oportunitatem ad presens non habemus, nisi forte uobis Nouigentum¹ placeat propinquare. Valete.^b

^c praedecessorum DR ^d ut om. L

60 LDRKPB ^a illi uos LDRK ^b Vale LB om. P

troubles, my lord, which I find most distressing. Once I thought it quite enough to be burdened with poor health. Then I found it even harder to bear that I was forced by the evil custom of my predecessors to use so much of the church's resources to support unneeded servants that I was unable to fulfil my duties of hospitality and almsgiving as I should. Now even these resources, little as they were, are plundered by enemies on one side and the other. To these troubles is added the burning of our church;⁴ and since I do not have the means to rebuild it as I should, I am refusing to spend anything on myself, even for necessities. Beset by these and many other difficulties which the law of propriety or of brevity forbids me to recount,⁵ I am turning over a number of schemes in my mind, not in an effort to avoid hardships in this life (which is impossible), but rather so as to be able to contribute something, however difficult it may be, to rebuilding our church. After I have thought this over and decided what to do, I intend to tell you, my lord, when God gives me the chance to speak with you. Farewell, now and always.

Fulbert to Bishop Odolricus of Orleans mid 1021-1022

To his very dear fellow bishop, O(dolricus), from F(ulbert), with the cordial wishes of a true friend.

First I thank you, my dear friend, for promising us an escort and assistance in going to the council, for your inborn kindness in doing this makes us very happy. In truth we wanted to attend this council, as we remember telling our venerable Archbishop Leothericus in your presence; but difficulties arising from the evils of these times will not permit it. We ask you to inform him of this so that he will not be kept waiting for us. As for the rest, there is no chance at present for us to meet you as we should very much like to do, unless, perhaps, you are willing to come to Nogent.¹ Farewell.

⁴ 7-8 September 1020 (see p. xx).

⁵ Cf. Horace, *Ars poetica* 135.

60. ¹ Probably Nogent-le-Roi (Eure-et-Loir, *arr.* Dreux), of which Odolricus was lord (see J. Devaux, 'Essai sur les premiers seigneurs de Pithiviers', *Annales de la Soc. hist. et arch. du Gâtinais*, iv (1886), 107 and *passim*).

61

Fulbert to King Robert: expressing his surprise that Count Odo intends to leave the decision concerning the bishop of Meaux up to him late 1021–1022

Serenissimo regi Francorum R(otberto) F(ulbertus) humilis Carnotensium episcopus quod decet et prodest.

Gratulor^a tibi, domine mi, quod fonte bonitatis, ut semper irriguus, negocium Dei mandasti mihi tractare ut expedit. Talia denique te regem precipere decus est, subditosque tibi capessere^b tutum.¹ Sed illud miror quod Odonem comitem in mea deliberatione uel posuisse uel positurum esse dixisti quid facere debeat de receptione Meldensis episcopi,² cum abhinc anno fere dimidio nec ipsum uiderim nec de tali negotio legacionem eius acceperim. Attamen si aspirante Deo ad nos uenire, et consiliis meis adquiescere uoluerit, desinet procul dubio predictam aeccliam lacerando diuinam ulcionem in se prouocare, tuisque sacris ordinacionibus contraire.^c

62

Fulbert to King Robert: informing him that he has abandoned his journey as instructed, but would like to confer with him in person 1021 or later

Regi sacerdos, R(otberto) F(ulbertus) fidelia pronus.^a

Accepta legacione uestra per Rodulfum sanctae Crucis aechononum,¹ destinatum peregrinacionem iterum intermisi. Nunc ergo quid me uelit serenitas uestra colloquio magis, si fieri possit, quam legatis aut litteris cupiam edoceri. Venirem autem ipse protinus ad uos huius rei gratia, si commode possem. Sed uenire in armis sacrum tempus abnuit ac religio nostri ordinis; uenire inermes longa uia interminatur ac malicia secularis. Est enim mihi Olricus coluber in uia, Rodulfus cerastes in semita.² Ceterum ex arbitrio

61 LDRKCPB ^a Grator LDC Grator *corr.* to Gratulor R
^b capescere LRK capesere *corr.* to capessere D capessere C ^c Valete
add. P Vale *add.* B

62 LDRB ^a promiss L promissa DR *cf. the salutation to no. 65*

Fulbert to King Robert

late 1021–1022

To his highness, King R(ober) of France, from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his wishes for what will redound to his honour and his profit.

I congratulate you, my lord, for having instructed me from the springs of your bounty, which are overflowing as always, to handle God's affairs as they should be. It does honour to you as king to issue such commands, and it is the part of prudence for your subjects to carry them out.¹ But I am astonished at your saying that Count Odo had placed or was going to place in my hands the decision as to whether he should accept the bishop of Meaux,² for it has been almost a half-year since I have seen him, and I have not received a message from him concerning it. Be that as it may, if by God's inspiration he were willing to come to us and to accept my advice, he would certainly stop calling down divine vengeance on himself by injuring the church of Meaux, and he would stop opposing your highness's commands.

Fulbert to King Robert

1021 or later

To the king from his bishop, to R(ober) from F(ulbert), who kneels and offers his faithful services.

I have received the message that you sent by Ralph, *economus* of Sainte-Croix,¹ and once again I have given up the journey I had planned. Now I should like to be told what your highness wishes of me in a conference, if possible, rather than by messenger or letter. I myself would come at once to confer with you if I could suitably do so. But to come bearing arms is prohibited by the holy season and due regard for our state of life; and to come unarmed is forbidden by the long journey and the evil of this world, for Olricus is a serpent in my way, and Ralph a horned viper in my path.² As for the rest, it is in your hands from now on

61. ¹ Cf. Virgil, *Aen.* i. 76 f.

² Probably Bernerius, though the earliest evidence for him dates from 1028 (Appendix C, no. 12). See pp. lxxix, lxxx; nos. 52 f.

62. ¹ See p. lxxvi.

² Cf. Gen. 49: 17. Their identities are unknown.

uestro pendeat amodo quo pacto uoluntatem uestram mihi placeat indicare, quoniam apud me definitum est^b uoluntati uestrae quae uobis non noceat conuenire.^c Valetе regaliter.

63

Fulbert to Abbot Odilo of Cluny: informing him that he has had to postpone his visit 1021 or later

Venerabili patri suo Odiloni F(ulbertus) sacerdos non meriti confidencia sed pietatis affectu presumptum orationis suffragium.

Magnum mihi desiderium fuit et adhuc quidem est ad uos ueniendi, sed abortae nuper in nostro episcopatu dissensionum causae propositum iter omittēte coegerunt. Quod uobis quamprimum his pauculis apicibus significare curauī, ne sublimitas uestra sit ad praesens de meae pusillitatis expectatione suspensa. Veniam autem aliquando (si licuerit) ad uos quos uere Deus inhabitat salutis meae consilium diuini oraculi petiturus.^a Valetе in Domino semper, iterum dico ualete.¹

64

Fulbert to the monk O.: explaining why he has not written earlier and asking him to convey his greetings to Abbot Odilo of Cluny 1021 or later

Dilecto suo O. F(ulbertus).

Quod uobis olim, karissime, per ueredarium uestrum^a litteras non remisi, id causae fuit quia uos quamprimum uisere destinabam; idque etsi diu distuli, desiderare non destiti. Sed interim uos scire uolo quod utique uelle scio, me scilicet ad praesens Dei gratia bene ualere, uestris^b obsequiis spiritualiter instantem, corporaliter apparatus, sicut nemo fidelius excepto illo sancto monachorum archangelo¹ Odilone, cui me in nullo comparare presumo.^c

^b est om. B ^c uobis noceat conuenire L nobis noceant non uenire DR
63 LDRPB ^a petiturum L

as to how it pleases you to let me know your wishes, for I have resolved to comply with those that cannot harm you. May long life and royal splendour be ever yours.

Fulbert to Abbot Odilo of Cluny

1021 or later

To his venerable father, Odilo, Bishop F(ulbert), not from confidence in his just deserts, but out of filial affection ventures to send the support of his prayers.

I have very much wanted to visit you, and indeed I still do, but the troubles which have recently arisen in our diocese have forced me to give up the journey that I had planned. I have tried to let you know of this as soon as possible by sending you these few lines so that your eminence might not be kept waiting at present for my humble self. But some day, if it is ever permitted, I shall come to visit you in whom God truly dwells to ask your advice, as God's oracle, concerning my salvation. Farewell in the Lord always, again I say farewell.¹

Fulbert to the monk O.

1021 or later

To his dear O. from F(ulbert).

I did not send you a reply by your courier, my dear friend, as I had planned to visit you as soon as possible; and though I have postponed this for a long time, I still want to do so. But meanwhile I want you to know what I know you undoubtedly wish, that at present, thanks to God's grace, I am quite well and both eager in mind and ready in body to serve you more faithfully than anyone except that holy archangel of monks,¹ Odilo, to whom I in

64 LDRPB ^a nostrum LDR ^b nostris LP ^c Odilone . . .
presumo om. LDR

63. ¹ Cf. Phil. 4: 4.

64. ¹ Fulbert's epithet is expressly cited by Odilo's biographer, Jotsoldus, *De uita et uirtutibus sancti Odilonis abbatis*, i. 11 (PL cxlii. 906). See p. 175 n. 3.

Cuius etiam caritas squaliter afficiat animam meam aggrediar dicere, rem inenarrabilem uidear uelle narrare. Plura me scribere prohibuit tam multiplex negotiorum occupatio quam etiam legatus morarum inpaciens. Sed hoc unum tandem apud uestram benignitatem deprecor, ut cum nostrum archangelum^d uice nostra salutaueritis, cum simplicitate^e monastica hylaritatem angelicam quae uobis presto est induatis. Valetate prospere in uirtute Dei.

65

*The canons of Chartres to Archbishop Hugh of Tours:¹
asking for his aid while Fulbert is on a pilgrimage to Rome
late 1022–early 1023*

Clarissimo Turonensium archiepiscopo H(ugoni) A(lbertus) decanus² et tota congregatio canonicorum sanctae Mariae Carnotensis prona atque deuota fidelitatis obsequium et oracionum suffragia.

Nuper antequam Romanum iter agere cepisset^a beatissimus pater noster F(ulbertus) episcopus, uestro (ut scitis) dulci usus est colloquio. Vnde reuersus, dum quadam die in conuentu nostro resideret de ipso itinere nobiscum agens, conquerentibus nobis post abscessum eius multa nos a pluribus aduersa passuros,^b et nominatim a Fulcherio eiusque nepotulo suorum quoque manipulis furum,³ ille constanter et confortatorie ut solet in talibus respondit: 'Malorum iniurias boni aequanimiter ferre deberent.^c Vt enim ipsi legitis in quadam omelia beati papae Gregorii, bonus non fuit quisquis malos non tolerauit.'⁴ Adiecit preterea se uobis inde fuisse locutum, uos etiam illi et nobis proposse de ipsis malefactoribus adiutorium promississe. Quod si necessitas urgeret, praecepit statim uestrae paternitatis solacium nos adire. Quod nunc facimus, potentissime pater, uariis pulsi tribulationibus. Nam ut alias omittamus, illi anathematizati quorum supra meminimus, postquam dilectissimus pastor^d noster uiam suam tenuit,

^d angelum LDR ^e supplicitate LP

65 LDRP ^a Romam iter aggrediretur LDR ^b marked for corr. to passos L
^c debent LDR ^d pator (-er?) corr. to pastor L pater DR

65. ¹ 1 January 1005–10 June 1023 (see Newman, p. 25 n.; Boussard, pp. 174 ff.).

no way presume to compare myself. If I were to try to tell what his love has done for my soul, I should seem to be attempting to express the inexpressible. I am kept from writing more by my many time-consuming affairs as well as a messenger who is anxious to be on his way. But I beg you in your kindness for this one last favour: when you greet our archangel for us, please clothe with monastic simplicity the angelic gaiety which comes so readily to you. Farewell and good fortune in the strength of God.

*The canons of Chartres to Archbishop Hugh of Tours¹
late 1022–early 1023*

To his eminence, Archbishop H(ugh) of Tours, from A(lbert), the dean,² and all the community of canons of St. Mary's of Chartres, who devoutly kneel and offer the service of their fidelity and the support of their prayers.

Not long ago, before our most blessed father Bishop F(ulbert) set out on his journey to Rome, he had, as you know, the pleasure of conversing with you. After he returned from visiting you, while he was sitting in our chapter one day talking with us about his approaching journey, we complained that after he left we would suffer many wrongs from several persons and in particular from Fulcher and his nephew and their bands of thieves.³ But he, in the calm and comforting way with which he usually handles such matters, replied: 'Good men should patiently bear the wrongs committed by evil ones; for as you yourselves read in one of the blessed Pope Gregory's homilies, no one is good who does not bear with those who are evil.'⁴ He added that he had spoken to you about this and that you had promised to do whatever you could to help him and us against these evil-doers. But if there were pressing necessity, he instructed us, father, to seek your aid at once. We are doing so now, most mighty father, beset as we are by many troubles. Not to speak of other matters, after our beloved shepherd went his way, those excommunicated malefactors whom we mentioned unjustly plundered our estates which lie in the

² Dean and procurator of the cathedral and then monk and abbot of Marmoutier, 1032–64 (Merlet, p. 164; *DHGE* i. 1432 ff.).

³ Cf. Terence, *Eun.* 776. Fulcher's identity is unknown.

⁴ *Hom. in ev.* xxxviii. 7 (*PL* lxxvi. 1286).

terras nostras quae sunt in ministerio Heruei et Tetoldi,⁵ quasi lupi caulas ouium irrumpentes, nobis inmerentibus predati sunt; neque etiam rabidis eorum morsibus ouium dampna suffecerunt, immo uero ad uastandam quandam pastoris ipsius potestatem quae dicitur Ermenulfi uilla⁶ se conuerterunt. Proinde rogamus uos, iustissime pater, ut propter amorem sanctae sanctarum dominae nostrae cui seruimus licet indigni, ipsius quoque dilectissimi uestri qui in uobis plurimum confidit, et nos abiens uestro patrocinio commisit, predam suam et nostram reddere^e faciatis, cum nepote uestro Gausfrido⁷ magnopere satagendo, quatenus ipsi lupi res domni praesulis et nostras deinceps non diripiant, uel donec ipse annuente Deo redeat.^f Valete et nos supplices uestros quicquid de his egeritis mandando rescire dignamini.^g

66

*The canons of Chartres to Bishop Herbert of Lisieux:¹
explaining why they have not paid their visitation dues and
asking him to wait until Fulbert returns from Rome
late 1022–early 1023*

Venerabili^a Lexouiensium pontifici Herberto congregatio canonicorum^b sanctae Mariae Carnotensis^c plurimum saluere et orationum suffragia.

Iubes, inclite presul, nos dare tibi circadas pro^d aecclesiis nostris quae sunt in episcopio tuo. At nos serenitati tuae uerum quiddam intimare uolumus, scilicet quod episcopi beatae memoriae in quorum diocesi possedimus aecclesias hunc semper amoris et reuerentiae cultum exhibuerunt sanctae sanctarum dominae nostrae, ut a nobis eius licet indignis famulis nequaquam exegerint^e id obsequii quod requiris. Vnde quesumus ne inopportuni uocemur dum rogamus te, benigne pater, ut honesta sanctorum patrum sequens uestigia, nos huius pensionis angaria nullatenus obliges, ne in hac parte nobis officendi primus auctor ipse noteris.

^e reddi LDR ^f annuente Deo ipse credat P ^g Valete . . . dignamini] et nos supplices uestros quicquid egeritis mandato rescire dignamini. Valete. LDR

66 LDRCP ^a Venerando LDR ^b canonicorum om. DR
^c Carnotensium LDR ^d de DR ^e exigerent DR

archdeaconries of Hervé and Tetoldus⁵ like wolves breaking into the sheepfold. Nor was the harm done to the sheep enough for their rabid bites, but instead they turned and ravaged one of our shepherd's domains called Ermenonville.⁶ So we beg you in your great justice, father, for the love of our most holy Lady, whom we serve, though unworthy, and for the love of him who is most dear to you, who is relying very much on you, and who, as he was leaving, entrusted us to your protection, to recover what they have stolen from him and from us and with your nephew Geoffrey⁷ to take forceful measures against them so as to keep these wolves from plundering the possessions of our bishop and ourselves for the future or until he himself (God willing) returns. Farewell, and please let us, your suppliants, know what action you are taking in these matters.

*The canons of Chartres to Bishop Herbert of Lisieux¹
late 1022–early 1023*

To the venerable bishop of Lisieux, Herbert, from the community of canons of St. Mary's of Chartres, with many greetings and the support of their prayers.

You order us, your excellency, to pay you the visitation dues for our churches which lie in your diocese. But we wish to inform your eminence of the truth of the matter, namely that the bishops of holy memory in whose diocese we have churches have always shown their loving and reverent devotion to our most holy Lady by not exacting from us, her unworthy servants, the payment that you demand. So we beg you not to accuse us of being unreasonable when we ask you in your kindness, father, to follow in the honourable footsteps of the holy fathers and not to make us pay these dues for fear that you yourself might be blamed as the one who was first responsible for the loss that this causes us. We

⁵ Both are commemorated in the necrology as archdeacon and provost (Merlet, pp. 159, 175). See nos. 39, 108.

⁶ Probably Ermenonville-la-Grande (Eure-et-Loir, *arr.* Chartres).

⁷ Possibly the vicomte of Châteaudun (see nos. 98 ff.).

66. ¹ Before late 1022–1049/50 (see *GC* xi. 766; above, p. lxxxiii). For the churches and payment in question see no. 39.

Optamus etenim potius non paruo tuae ipsius utilitatis amore ducti in albo felicis ordinis benefactorum nostrorum te recenseri, ut cum pro illis, tum etiam pro te iuge Domino sacrificium offerentes, ac humanitatis tuae beneficia coram illo recitantes, dignum te libro quoque uitae celestis inseri predicemus.² Preterea non arbitramur notitiae tuae amplitudinem preterisse dominum nostrum^f Fulbertum) episcopum, cui te ualde carum esse scimus, Romam pergere. Quod ideo memoramus, quia^g si liberalitati tuae placuerit nostrae petitioni fauere, nos id illi cum redierit innotescemus tibi quidem pro hoc bene et sapienter facto nimium gratulatio. Quod si non, oramus saltem expecta nos supplices tuos illum reuersum super hoc consultum ire debentes, a cuius nutu pendent nostra consilia, neque interim ullum interdictum facias aecclesiis nostris. Bene agendo ualeas, et de sacrario tui pectoris quid oraculi super haec egrediatur nobis rescribere ne graueris. Iterum iterumque ualeas et semper ualeas.

67

*Hildegard to Siegfried:*¹ reminding him that he promised to send him a horse late 1022–early 1023?

Amicus amico, Hildegardus Sigefrido, totius boni sufficienciam.

Dum apud nos morareris inter primos amicorum meorum habitus, quid mihi tuis obsequiis plerumque dedito pollicitus sis, memorem te esse puto. Ipse tamen eius rei te commonefaciens, rogo ut secundum promissionem tuam mittas mihi equum ambulatorium qualem te dare, me quoque recipere deceat.² Cum illis equidem adhuc^a sentio, qui amicitiam non propter se tantum sed et propter utilitatem censent expetendam.³ Diu uiuens et bene agens, premio pociaris aeterno.

^f meum L ^g quia] ut DR
67 LDRCP ^a adhuc om. P

² The names of benefactors of a religious foundation and their grants were customarily entered in a book often entitled (as would appear to be indicated here) *Liber vitae*. These were sometimes read in commemoration during the celebration of mass, and the book itself placed on the altar. The particular volume in use at Chartres at this time is apparently lost, having been replaced by the necrology which has been repeatedly cited and of which the basic part

are inspired even more than this by no small desire for your own welfare, and we hope to see you entered in the list of benefactors of our blessed community, so that as we continually offer sacrifice to the Lord for them, and thus also for you, and recount in his presence your kind good works, we may declare that you too are worthy of being included in the book of heavenly life.² Moreover, we do not think that it has escaped you, given the breadth of your knowledge, that our lord, Bishop Fulbert, to whom we know that you are very dear, has gone to Rome. We mention this, for if it should please you in your generosity to grant our petition, we shall tell him about it when he returns, and he will be very grateful for your good and judicious kindness. But if it should not please you to do so, we beg you at least to give us, your humble servants, time, since we are bound in this matter to seek the advice, on his return, of him on whose good pleasure our plans depend, and we also beg you in the meantime not to place our churches under any censure. May a long life of good works be yours, and please be so kind as to write and let us know the answer that comes from the oracle in the sanctuary of your breast. Again and again, may you fare well, now and always.

*Hildegard to Siegfried*¹ late 1022–early 1023?

From one friend to another, from Hildegard to Siegfried, with his wish that he may have all good things that he needs.

While you were staying with us, I treated you as one of my very best friends; and what you promised me for having devoted most of my energies to serving you, I think you yourself remember. Be that as it may, I am reminding you of it, and I ask you to send me as you promised a horse that can travel and that you will not be ashamed to give nor I to accept.² For indeed I still agree with those who think that friendship is to be desired not only for its own sake, but also for what one gains from it.³ May a long life of good works be yours, and so may you receive an eternal reward.

was copied probably in 1027 (Merlet, p. 100). There is no entry for Bishop Herbert.

67. ¹ Possibly chaplain to Duke Richard II of Normandy (see no. 68; p. lxxxii).

² Cf. Seneca, *De beneficiis* ii. 16.

³ Cf. Cicero, *De officiis* iii. 33. 118; *De finibus* ii. 26. 82 ff.

68

Hildegard to Siegfried: again reminding him that he promised to send him a horse¹ late 1022–early 1023?

Hildegarius domini Fulberti discipulus Sigefrido Richardi comitis² capellano adhuc salutem.

Verbis tuis fidem minime seruans, diu me fefellisti. Vnde cum me deceptum esse doleam, tum pro mendacio tuo pudor mihi maximus ingeritur. Non enim deceret talem^a tantamque personam probrosam falsitatis nomen subire. Horrendum etiam esset^b in sacrilegii crimen incidere,³ quia sicut legitur: 'Verba sacerdotis aut uera sunt aut sacrilega.'⁴ Obsecro itaque per sanctam amititiam quae inter nos esse debet, ut honestae ueritatis famae te reconcilies, mittendo mihi ad presens per Gualterium monachum olim meum merito mihi promissum^c abs te caballum. Quod nisi feceris, noueris te funditus ab amore nostro decidisse. Teste conscientia mea dixerim in hoc quod ego^d te rogo non magis utilitatem meam, quam tuam simul et honorem exopto.

69

Hildegard to W(illiam V, duke of Aquitaine?):¹ asking him to carry out his promise late 1022–early 1023?

H(ildegarius) G(uillelmo) uerba transformare in actus.

Tuae, mi domine, karitatiuae promissionis nuncium hactenus sustinens laboraui nimium. Sollicitus namque quid tuae celsitudini meae paruitati placuisset designare, percunctabar unde sese reciperent uiatores quosque² pendens ab urbis uallo huc respiciente; nemine uero dante responsum tui de parte, mestus redibam domum iam facta nocte.³ Sed quia in humanis perfectum nihil extat ex toto,⁴ humano parcimus ingenio. Pacto^a tamen tali ne

68 LDRP ^a talem om. P ^b est DR ^c meum . . . promissum]
non inmerito promissum mihi LDR ^d ego om. LDR

69 LDRCP ^a Pacto P

68. ¹ See no. 67.

² Possibly Duke Richard II of Normandy.

Hildegard to Siegfried¹ late 1022–early 1023?

Hildegard, Bishop Fulbert's disciple, to Siegfried, Count Richard's² chaplain, even now with his greetings.

By not keeping faith with your words, you have deceived me for a long time, and I am distressed at finding myself deceived and overwhelmed with shame by your lies. It is not fitting for a person of your eminence and position to suffer the disgrace of being called a liar, and it would be a dreadful thing to fall into the sin of sacrilege,³ for as one reads: 'A priest's words are either true or sacrilegious.'⁴ So I beg you by the holy friendship that ought to exist between us to begin living up to your reputation for truthfulness and honesty by sending me now by the monk Walter the horse that you once promised me and rightly. Unless you do so, know that you will have utterly fallen from our love. With my conscience as my witness let me say that in asking you for this I am no more desirous of my own advantage than of yours, and of your honour too.

Hildegard to W(illiam V, duke of Aquitaine?)¹ late 1022–early 1023?

From H(ildegard) to W(illiam), with his wish that he might transform his words into deeds.

Until now, my lord, I have tried hard to wait for the message that you in your kindness promised. In my anxiety to know what it may have pleased your highness to tell my lowly self, I have asked every traveller² where he comes from as I hang over the city wall that faces this way; but no one has brought a reply from you, and I have gone home at night disappointed.³ As nothing that involves mankind is perfect,⁴ we are making allowances for

³ Cf. Heb. 10: 31.

⁴ Hincmar, *Opusculum lv capitulorum*, c. xlv (*PL* cxxvi. 456).

69. ¹ Although the addressee cannot be identified with certainty, William is the only one mentioned in the present collection who seems suitable (see p. lxxxii).

² Cf. Job 21: 29.

³ Cf. Terence, *Heaut.* 122.

⁴ Cf. Priscian, *Inst. gram.*, preface (ed. H. Keil, *Grammatici Latini*, ii (Leipzig, 1855), 2).

proruas in uerba excusacionis, quin quod pollicitus es adimplere studeas sine fuco dilacionis.⁵ Igitur ut cerciorem^b reddas, mando et^c deprecor quatenus innuere digneris quid me agere iubeas. Nolo, mi domine, hesites in calamo, bonum opus habens in animo, quoniam in perfectione erit ex Dei auxilio.⁶ Vale.

70

W(illiam V, duke of Aquitaine?)¹ to Hildegard: explaining that he cannot fulfil his promise at present
late 1022–early 1023?

H(ildegario) G(uillelmus) bene optata consequi.

Tantam^a apud me tua prudens simplicitas² inuenit gratiam, ut quod a me petisti non magis ipse fieri quam ego uelim. Sed quoniam inpresenciarum facultas non suppetit, angitur^b animus meus, uerens me tibi suspectum esse, quasi uerba dare molientem. Quod non esse meum credas per fidem quae inter nos est obsecro, rogans te modicum tempus adhuc sustinere, donec grauissimis quibus nunc^c impediior officii expeditus, operam tibi dare queam. Quod si forte morarum impaciens mox ad me ueneris,^d si uotis tuis minus respondero, nequaquam id mihi causam preductus iure succensebis. Vale nunc et semper.

71

Archbishop Hugh of Tours to Bishop Hubert of Angers:¹ answering his charge that he had rashly excommunicated him and admonishing him as regards the health of his soul
before 10 June 1023

H(uberto) And(egauensium) presuli H(ugo) Tur(onensium) archiepiscopus salutem.

Quamuis tua nuper ad me directa^a epistola sibi condigna mereatur rescripta, satius^b tamen existimaui responsis interim suae

^b te add. P ^c ac LDRC

70 LDRCP ^a Tanquam P ^b angitur om. P ^c nunc om. P
^d adueneris P

71 LDRCP (see pp. xlviij n.; lvi n.). ^a ad me directa nuper LC nuper om. DR
^b satis P

human nature. But since this was our agreement, do not rush forth with excuses, but rather strive to carry out what you promised without pretending to be delayed.⁵ So that I may have a better idea of what you want me to do, I beg and entreat you to deign to let me know. With good work in mind, let not your pen fall behind, my lord, for you will have God's help in carrying it out.⁶ Farewell.

W(illiam V, duke of Aquitaine?)¹ to Hildegard
late 1022–early 1023?

To H(ildegard) from W(illiam), with the wish that he may obtain what he rightly desires.

You in your wise simplicity² have found such favour in my sight that you cannot be more anxious than I am to see your request fulfilled. But since I do not have the means to do so at present, I am upset and worried that you will suspect me of trying to put you off with words. By the faith that is between us, I beg you to believe that this is not my intention, and I ask you to hold out a little longer until I have settled the very troublesome affairs in which I am now involved and can turn my attention to you. But if you should get tired of waiting and come to me now, you will have no just reason to become angry with me if I should fail to satisfy your requests, since you will already be acquainted with my circumstances. Farewell, now and always.

Archbishop Hugh of Tours to Bishop Hubert of Angers¹
before 10 June 1023

To Bishop H(uberto) of Angers from Archbishop H(ugh) of Tours, with his greetings.

Although the letter that you recently sent me ought to be answered in kind, I have thought it better for the time being to

⁵ Cf. no. 40, salutation.

⁶ Cf. Gregory I, *Hom. in ev.* xxi. 1 (*PL* lxxvi. 1170).

70. ¹ See no. 69.

² Cf. Matt. 10: 16.

71. ¹ Hubert of Angers, 13 June 1006–2 March 1047 (*Cartulaire noir de la cathédrale d'Angers*, ed. C. Urseau (Documents historiques sur l'Anjou, v (1908)), p. xxvi; Boussard, pp. 166 ff.). See pp. lxxx, lxxxiii.

contumaciae debitis supersedere, quam tuae saluti quantum ad nos non consulere, et inter consulendum quibusdam eiusdem^c epistolae locis discrete et humiliter non respondere. Medicorum enim est melancolicis siue maniacis seu qualibet alia ualitudine laborantibus licet ingratis et conuitiis artificem lacescentibus^d nihilominus tamen suae artis experimenta impendere, et ut curentur attentius insistere. Vnde et me non professum^e quidem medicum, quippe imperitissimum, sed^f tamen ad hoc ita^g prelationis utcumque prouectum, qui te, si exorbites, debeam corrigere, oportet ex coemptis sanctorum patrum medelis tibi licet ingrato medicari, et ut^h cureris uelis nolis insistere. Sed priusquam ad hoc ueniam, libet (ut dixi) quibusdam tuae epistolae locis obuiare; nam cetera quae plurimam partem illius occupant pretereunda censeo. Quod ergo me inconsultae conceptionis fuisse, et temere ac sine culpa te non uocatum a diuino officio separasse criminariis, certa et inexpugnabili contradictione destruo. Inconsulta namque concepcio non fuit, quae tibi conditionemⁱ quid potius uelles eligendum proposuit. Quod si bene aduertisses, inconsultum non dixisses. Inconsultius igitur fecisti qui te (ut post clarius liquebit) in peiorem partem flexisti.^k Non temere uero ac^l sine culpa te et tuos fuisse interdictos testantur reliquiae uinearum in quibus uestra fixistis^m castra. Quod in exemploⁿ datum ceteris quibus acerrime culparis fidem facit. Te quoque uocatum esse qui tibi missas a me sciat litteras, quis uel insanus non asserat? Te igitur, frater, racionabiliter^o pro tua culpa et canonicè uocatum et a diuino offitio separatum recognoscendo plange, et plangendo ad satisfactionem reuertere. Quod si quadragenario uocationis spacio lege canonum te defendere niteris, scito^p quia singulares causae uel personae non preiudicant legi.² Nam te in furorem uersum et ex presule ducem tot armatorum factum, totam nostram patriam crudeliter uastare cernens, ferrum, ignes, diuersasque nobis mortes minatum, imminentique plagae quadragenariae

^c eiusdem om. P ^d lacescentibus L ^e professus sum L ^f si P
^g ita] iure DR om. C ^h ut om. P ⁱ conditione LP ^k ·i· (=id est?) add. L with a corrector's mark in mar. ^l non add. P ^m fixisti P
ⁿ exemplum P -o sup. ras. L ^o racionabiliter om. DR ^p scio P

² See p. 41 n. 6. As regards the delay given a defendant, the canons usually stipulated only that a reasonable time should be allowed (see Gratian, C. V q. 2 (*Corpus Iuris Canonici*, ed. E. Friedberg (Leipzig, 1879-81), i. 545 ff.)); however, a delay of forty nights was prescribed by Salic law (see H. Brunner, *Deutsche Rechtsgeschichte*, ed. C. von Schwerin, ii (2nd edn., Munich, 1928), 446).

refrain from answering you as your arrogance deserves and instead to attend to my duty as regards your salvation and while doing this to make a reasoned and humble reply to certain passages in your letter. It is a physician's duty to offer those who are suffering from depression, insanity, or any other illness what he has learned in the exercise of his art and to apply himself with all diligence to the task of curing them even if they are ungrateful and insult his skill. Similarly it is my duty—though I do not claim to be even the most unskilled of physicians, but only somehow to have advanced to where I have an obligation as your archbishop to correct you if you should go astray—to administer to you, ungrateful as you may be, the remedies I have acquired from the holy fathers and to apply myself to the task of curing you whether you want me to or not. But before I do so, I wish, as I have said, to refute certain passages in your letter, for I think that the other matters, which form the larger part of it, are best passed over.

With regard to your charge that I was ill-advised and acted rashly in severing you from divine worship since you were not guilty and had not been duly summoned, this I shall destroy with clear and irrefutable proof. It was not ill-advised to offer you terms you yourself ought to have chosen. If you had given sufficient thought to it, you would not have called it ill-advised. So you have been even more ill-advised, as will appear more clearly later on, in having gone from bad to worse. That you and your followers were not excommunicated rashly and without having deserved it is shown by the remains of the vineyards in which you placed your camp, and the evidence afforded by this lends conviction to the other charges of which you are so bitterly accused. As for your having been duly summoned, is there anyone, sane or not, who knows of the letters which I sent you who would not vouch for this? So admit, brother, that as reason demanded in return for your sin you were canonically summoned and severed from divine worship; in admitting it, lament; and in lamenting, return and make satisfaction. But if you should attempt to defend yourself on the grounds that canon law gives you forty days to answer the summons, know that individual cases and persons do not prejudice the law.² For when I saw you turned into a raging maniac and changed from a bishop into the leader of a substantial army, cruelly ravaging all our land, and threatening us with the sword, fire, and death in one way and

uocationis spacium ut desisteret nihil uidens prodesse, uenabulum mox tibi excommunicationis opposui, ut eo saltem uiso territus et^d te et tuos uel ad momentum refrenares, et presulem quem amiseras recognosceres. Sed tu maluisti illo excommunicationis uenabulo confodi, quam accepta^r tyrannide uel ad punctum refrenari. Nam quod dicis te regis hoc iussu fecisse, nec nego nec affirmo, nec quid te hoc leuet intelligo. Cuiuscumque enim hoc iussu feceris, eadem culpa ac si nullus iusserit urgeris. Nam ad exaggerationem tuae culpae ista satis transgressio sufficit, quod preter mea tua archiepiscopi consulta contra canonicam auctoritatem tale aliquid incipere presumpsisti, quodque etiam me iubente non debuisses facere, hoc te ipso consultore fecisti. Quod autem ais te in malum Odonis³ a rege^s impulsus, nec etiam unam^t ei palmitem destruxisti, sed uineas canonicorum sancti Mauritii⁴ preter cetera quae in tuam matrem aecclesiam iussu tui diui Fulconis⁵ intulisti opprobria radicetenus comminuisti. His de causis excommunicatorias tibi litteras, quas contra ius et fas audaciae notas (non enim te oportuit tuum magistrum et dominum tam temere reprehendere), ut a tuo incepto resipisceres transmisi, non ut te uellem flecti in eam partem qua corruisti. Quod discrete an indiscrete fecerim, tua^u iuridicialis libra penset, qui me consultorem quaerere mones. At si indiscrete ac sine causa temerariam in te (quod absit) excommunicationem intorsissem, sustineres tamen iudicium tui pastoris, et a sacra celebratione cessares. Quod quia non fecisti, et consultrice superbia tui magistri interdicta paruipendisti, prudens in uoraginem te excommunicationis praecipitasti. Accipe quid super hoc beatus papa Gregorius dicat: 'Vtrum', inquit, 'iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen

another, and when I did not see that there was anything to gain from giving you forty days' grace to put an end to the danger that was already upon us, I immediately countered with the spear of excommunication, hoping that the sight of this might at least frighten you into restraining your followers and yourself, if only for the moment, and into recognizing the pastor you had lost. But you preferred to be run through by that spear of excommunication rather than to restrain yourself, even for an instant, from the lawlessness on which you had embarked. As for your saying that you did this by order of the king, I neither deny nor affirm it, nor do I see how it can in any way lighten your responsibility; for it does not matter who ordered you to do it, you are just as guilty as if no one had done so. To establish your guilt, your sin in this regard is quite enough: that without consulting me, your archbishop, you have dared to venture on a monstrous violation of canon law, and that what you ought not to have done even if I had ordered it, you have done without consulting anyone save yourself. As to your claim that you were pushed by the king into injuring Odo,³ you have not destroyed a single branch of a vine belonging to him, but you have trampled down to the very roots vineyards of the canons of Saint-Maurice,⁴ not to mention the other reproaches which you have heaped on your holy mother, the church, by the order of your own god, Fulk.⁵

These were the reasons why I sent you the letter of excommunication which you brand as rash, thus violating human and divine law, since you should not be so quick to reprove your master and lord; and I sent it to make you come to your senses and abandon what you had begun, and not because I wanted to make you turn on to that path along which you have been rushing to your ruin. As to whether I have acted wisely or not, you can weigh this in the scales of your own judgement, you who are admonishing me to seek counsel. But even if (heaven forbid) I had been imprudent and rash and had hurled an excommunication against you without grounds, you should still have borne with the judgement of your pastor and refrained from celebrating mass. But since you have not done this, and since with Pride as your counsellor you have paid no attention to what your master has prohibited, you have acted with full knowledge in throwing yourself into the abyss of excommunication. Listen to what the blessed Pope Gregory says concerning this: 'Whether a pastor binds a

^a et om. P ^r accepta (= a coepta?) DRP ^s a rege] agere P
^t unum DR ^u tui DR

³ Count of Chartres.

⁴ The cathedral of Tours.

⁵ Count of Anjou.

sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia^x culpa mereatur. Pastor ergo uel absolueret indiscrete timeat uel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est ligari timeat^y uel iniuste, nec pastoris sui iudicium temere^z reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa quae non erat fiat.⁶ Hactenus beatus Gregorius. Hac igitur, frater, cornuta argumentatione conuictus excommunicatum te recognoscendo iterum plange, et plangendo ad satisfactionem reuertere; atque his tuae epistolae locis tantum nos respondisse sufficiat. Ceteris aliquis otiosus respondeat; nam ego illa quae magis sunt necessaria et^a pollicitus sum prosequar. Contemplor enim, frater, ex motibus tui corporis diuersa genera passionum tuam germinare animam.⁷ Quibus si aliquo medicamine priusquam in uires prodeant non occurritur, miserabilem tuae animae generabunt mortem. Sed congrua cuique passioni ignorabitur medicina, nisi origenes et (ut ita dicam) radices earum intentissima discrecione fuerint exploratae. Omnium itaque passionum animae unus fons atque principium est; secundum qualitatem uero partis quae in anima uitata fuerit, unaqueque passio uocabulum sortitur. Quod et corporalium morborum docetur exemplo. Si enim uis noxii humoris obsederit^b caput, cephalalgica passio nuncupatur; si pedes, podagrica; si manus, ciragrica nominatur. Totque uocabula unius humoris sortitur incommoditas, quot membrorum obsederit porciones. De uisibilibus ergo ad inuisibilia transeuntes, uniuscuiusque animae partibus uim cuiusque uitii inesse credamus. Quam sapientissimi quique tripertitae diffinierunt esse uirtutis; nam et rationabilis est et irascibilis et concupiscibilis. Secundum qualitatem ergo uitatae partis, infectio cuiusque pestis nominatur. Nam si rationabilem partem infecerit, cenodoxiae, elationis, inuidiae, superbiae, presumptionis, contemptiois,^c hereseos uicia procreabit. Si irascibilem uulnerauerit, furorem, impacientiam, tristitiam, accidiam, pusillanimitatem, crudelitatemque parturiet. Si concupi-

^x aliqua LDR ^y metuat P ^z temere om. DR tenere C
^a et] ut DR ^b obsidet DR ^c contentiois DR and similarly
throughout the following passage; likewise Cassian, with no mention of contemptio as a variant, though the context indicates that it is the correct word here

⁶ *Hom. in ev.* xxvi. 6 (PL lxxvi. 1201).

⁷ The following passage is based on, and in large part copied from Cassian, *Conlationes*, xxiv. 14-16 (ed. Petschenig, *CSEL* xiii. 690 ff.).

sin justly or unjustly, his flock should still stand in awe of his judgement, for otherwise a subject who is perhaps unjustly bound may deserve to be bound by the same sentence as a result of committing another sin. So let the pastor stand in fear of making a mistake in absolving or binding a sin; and let him who is under the pastor's power be afraid of being bound, even unjustly, and let him not take it on himself to reprove his pastor's judgement, for fear that even though there was no reason for him to be bound, yet as a result of his being so swollen with pride as to reprove his pastor he commits a sin where he had not committed one before.⁶ Thus far St. Gregory. On the evidence presented here, brother, you stand convicted. Once again admit that you have been excommunicated and lament; and in lamenting, return and make satisfaction. As regards these passages in your letter, let this answer be sufficient; as for the rest, let someone who has time to do so answer them, for I have more important matters to pursue as I have promised.

I can tell from what you are doing, brother, that your soul is fostering various disorders.⁷ If these are not counteracted by some remedy before they grow to full strength, they will result in your soul's dying a miserable death. But the proper remedy for each disorder cannot be known unless their origins and, as it were, their roots are examined with care and discernment. All disorders of the soul have the same source and origin, but each has its own proper name in accordance with the nature of the part of the soul which is diseased. This is also shown by the diseases of the body. If a harmful humour should attack the head, the illness is known as a headache; if it should attack the feet, it is known as gout-of-the-feet; if the hands, it is called gout-of-the-hands. Thus it is that a disease caused by a single humour has as many different names as the parts of the body that it attacks. Moving from the realm of the visible to the invisible, we think that the power of each vice dwells in different parts of the individual soul. Now philosophers distinguish three faculties in the soul: the rational, the irascible, and the concupiscible; and it is in accordance with the nature of the diseased part that each infection receives its name. If it should infect the rational part, it will produce the vices of vainglory, self-elation, envy, pride, insolence, scorn, heresy. If it should afflict the irascible part, it will bring forth anger, impatience, depression, spiritual sloth, faint-heartedness, and cruelty.

sibilem infecerit portionem, castrimargiam, fornicationem, filargiriam, auaritiam, et desideria noxia terrenaque generabit. Animaduerto igitur, frater, ex motibus tui (ut dixi) corporis tuam animam suam germinare^d mortem. Nam cum tu^e tantam in me tuum presertim magistrum superbiam, contemptionem, et presumptionem demonstrares, apparet rationabilem tuae animae partem miserabiliter esse corruptam. Certis enim inditiis haec tria in te notantur: superbia uidelicet, quod tam superbe tuo archiepiscopo respondes; contemptio, quod sua interdicta paruipendis, quae licet iniusta (quod absit) essent, tamen (sicut superius probatum est) timenda tibi esse debuissent; praesumptio quoque, quod iuste an iniuste interdictus, ad sacram celebrationem accedis. Quorum trium^f inditia rationabilem (ut dixi) tuae animae partem praedicant esse uiciatam. Reliquas^g autem siquid in te germinent, tu ipse uideris; nam huic ego parti quam tam horribiliter corruptam cerno quiddam ex sanctorum patrum coemptis (sicut pollicitus sum) medelis, quo reuocetur ad salutem procurabo. Sed haec procuratio nihil tibi proderit, si prius uulneri quo ad mortem inflexus^h es satisfactionis medela non subuenerit.ⁱ Quo (ut dico) per satisfactionem sanato, tumores ilico superbiae, contemptionis, et presumptionis, quos in tuam animam induruisse suspicor, falce discretionis amputabis. Deinde amputationis illius uulnera recentia, ne aliquam aliam passionem generent, penalis cauterio^k timoris ustulabis; quam usturam ne frigus impietatis tangat, caritatis ardore et oleo fouebis misericordiae. Quod si ita feceris, et superbia illa qua instigante responsa in me tam torua iaculatus es, et contemptio qua meum interdictum paruipendis, et praesumptio qua excommunicatus ad sacram celebrationem accedis peribunt, et rationabilis pars tuae animae ex magna parte ad incorruptionem reuertetur. Post hoc^l autem has uirtutis speties, humilitatem, patientiam, et obedientiam, in unum melle diuinorum eloquiorum confities, et in buxtula tuae mentis hoc antidotum diligenter recondes. Vnde cotidianam tua anima dietam sumens non solum has pestes inperpetuum non germinabit, sed etiam a caeteris omnibus incorrupta fulgebit. His te, frater, monens, non fastu doctoris efferor, sed offitium meae prelationis trepidus

^d generare P ^e tuam LC ^f tria LC ^g Reliqua P
^h influxus corr. to inflexus L inflexus P inflexus es] influxisses C ⁱ sub-
ueneris LDR ^k cautio LC ^l haec P

If it should infect the concupiscible part, it will engender gluttony, fornication, greed, avarice, and harmful and worldly desires.

So, brother, as I have said I can tell from what you are doing that your soul is fostering that which will kill it. In showing such monstrous pride, scorn, and insolence toward me, your especial master, you reveal that the rational faculty of your soul is dreadfully diseased. That you possess these three vices is clearly proven: pride, by the haughtiness of your answer to your archbishop; scorn, by your having no regard for his injunctions, which, as was shown above, you should have feared even if (heaven forbid) they were unjust; insolence, by your having ventured to celebrate mass when you were excommunicated, whether justly or not. These three vices are clear proof, as I have said, that the rational part of your soul is diseased. As to whether the other parts of your soul have fostered any vice, you must see to it yourself; for to this part, which I see to be so horribly diseased, I shall, as I have promised, administer one of the remedies acquired from the holy fathers so as to restore it to health. But what I administer will not do you any good unless the remedy of penance is first applied to heal that wound which will lead to your death. As soon, I say, as this has been healed by penance, use the scalpel of prudence to cut away the tumours of pride, scorn, and insolence, which I have reason to believe have already become hardened in your soul. Then cauterize the raw wounds that this produces with the hot iron of holy fear so as to prevent their fostering some other disorder; and keep the places you have cauterized warm with the fire of charity and the oil of mercy that they may not be chilled by the touch of impiety. When you have done this and have destroyed that pride which moved you to assail me with such savage replies, that scorn which prompted you to have no regard for my injunctions, and that insolence which led you to venture to celebrate mass when you were excommunicated, the rational part of your soul will in large part be restored to good health. Then take the virtues of humility, patience, and obedience, and mix them with the honey of the divine word, and carefully store this remedy in the cupboard of your mind. By eating some of this daily, not only will your soul never foster these same disorders, but it will shine forth untarnished by any others.

In sending you this warning, brother, I am not being haughty and lording my teaching office over you, but rather carrying out

exequor. Quibus si annueris, tuae (ut arbitror) saluti prouidebis. Si autem (quod absit) aliter senseris, non erit culpa monentis. At^m si idcirco his quae precipio parere neglexeris, quod meis repugnent factis, ab hoc te errore dominica uoce reprimo qua ait: 'Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei. Quaecumque ergoⁿ dixerint uobis, seruate et facite; secundum opera uero^o eorum nolite facere, dicunt enim et non faciunt.'⁸ Scribis et pharisaeis (ut tu^p ipse melius nosti) commissa erat doctrina legis, ut eam exponerent auditoribus suis. Ideo Dominus dixit: 'Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisei', id est super doctrinam legis. Quorum dictis, postpositis factis, auditores obtemperare iussit cum ait: 'Quaecumque ergo dixerint uobis seruate et facite; secundum opera uero^o eorum nolite facere.' Pharisei enim^r quod bene^s docebant, malis operibus destruebant, quod Dominus subsequenter adiunxit: 'Dicunt enim et non faciunt.' Tales sunt modo in sancta aecclesia episcopi, presbiteri, et abbates, qui bene docent et male uiuunt; de quorum etiam numero et me esse confiteor. Sed tamen quia super cathedram doctrinae et prelationis licet indignus et inperitus nec dicta factis compensans sedeo, siquid boni a me in illa cathedra sedente preceptum tibi fuerit, dominica (ut audis) ammonicione obseruare debebis. Quod si neglexeris, dominicis preceptis apertissime contraibis. Vale.

72

Fulbert to Count Fulk Nerra of Anjou: calling on him to do penance for his attack on Archbishop Hugh of Tours¹
before 10 June 1023

F(ulbertus) Carnotensium episcopus humilis F(ulconi) comiti salutem.

Doleo super te, nobilis homo, cum audio te errare et periclitari. Errare dico, quia cum debeas Deum timere, sanctos honorare,

^m apparently marked for deletion L ⁿ ergo om. DR ^o uero opera LDRC
^p tu om. LDRC ^q uero opera LDRC ^r autem LDR
^s bene om. P

72 LDRKCPBV

⁸ Matt. 23: 2 f. The interpretation here is apparently based on Haimo,

in all trepidation my duty as your archbishop. If you agree to do as I have said, you will, I think, be taking thought for your salvation; but if (heaven forbid) you should be of a different opinion, the fault will not be mine, for I have warned you. As for your refusing to heed my teachings on the grounds that they are at variance with my deeds, I would keep you from making this mistake by quoting the Lord's words, where he says: 'The scribes and the pharisees have sat on the chair of Moses. Whatsoever they should say to you, observe and do; but according to their works, do ye not, for they say and do not.'⁸ The scribes and the pharisees, as you yourself know quite well, were entrusted with teaching the law and were to expound it to their disciples. Hence the Lord said: 'The scribes and the pharisees have sat on the chair of Moses', that is, they are charged with teaching the law. He commanded their disciples to follow their teachings and to disregard their deeds when he said: 'Whatsoever they should say to you, observe and do; but according to their works, do ye not'; for the pharisees undid their good teachings by their evil works, as the Lord added afterwards: 'For they say and do not.' Their counterparts in the holy church at present are those bishops, priests, and abbots, who give good instruction, but whose lives are evil, and I confess that I am one of them. Be that as it may, since I hold the office of teacher and archbishop, despite my unworthiness, my lack of skill, and the discrepancy between my words and deeds, if in the exercise of this office I should enjoin you to do anything that is good, you ought to heed the Lord's admonition and to obey. But if you should refuse, you will quite clearly be violating the Lord's own commands. Farewell.

Fulbert to Count Fulk Nerra of Anjou¹
before 10 June 1023

F(ulbert), humble bishop of Chartres, to Count F(ulk), with his greetings.

I grieve for you, count, when I hear that you are going astray and are in danger. I say that you are going astray, because when

Homelia cxxxiii (PL cxviii. 707 f.). Cf. H. Barré, Les homéliaires carolingiens de l'école d'Auxerre (Studi e Testi, ccxxv (Rome, 1962)), p. 157, no. 39.

72. ¹ See no. 71.

aecclesiam defendere, contempnis Deum, sanctos inhonoras, res ecclesiae inuadis et aufers. Periclitari dico, quoniam qui talia agunt, non habent partem in regno Dei. Propter haec peccata monuit archiepiscopus Turonensis omnes episcopos nostros et inter alios me pusillum ut te excommunicarem. Sed ego censui pium esse ut te prius monerem et deprecarer ut habeas misericordiam de anima tua, placans Deum.² Iam enim prope est tuus finis.⁴ Festina igitur, queso, reconciliari Christo saluatori nostro, quia non est salus homini nisi per ipsum.³ Tene in memoria uerbum hoc: 'Qui confitendo et penitendo finem facit peccatis suis antequam moriatur, finem habebit in altero seculo pena ipsius; et qui peccatis mortalibus penitendo non facit finem, pena ipsius erit sine fine.'⁴ Euigila igitur propter temetipsum sicut homo in proximo moriturus, et reconciliare Christo, ne moriaris apostolica auctoritate dampnatus. Vale et remanda michi uelociter atque ueraciter uoluntatem tuam.

73

Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges: informing him that the abbot of Bonneval has resigned and left before 27 July 1023

Sancto et sapienti uiro G(auzlino) abbati et archiepiscopo F(ulbertus) humilis episcopus uerae dilectionis affectum.

Nouerit prudentia uestra, sancte pater, quod dominus T(etfridus)^a abbas^{b1} discedens tristitiam nobis reliquit et lacrimas, non quod innocenciam eius (si esset) nequiremus facere tutam, sed quia culpam nec purgare nec tegere poteramus. Vnde si uestro ducatu quasi ad examinationem uenire affectat, cum periculo sui gradus et communi dedecore sacerdotum, conatus eius inefficaces sagaci ratione conpescere uos oportet, seruantes illud apostolicum: 'Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, et caetera.'²

^a finis tuus LDRKC

73 LDRCBPV

^a T.] I. LDR

^b abba LPV

² Cf. Ecclus. 30: 24.

³ Cf. Acts 4: 12.

⁴ Cf. Fulgentius, *De remissione peccatorum*, ii. 17, 21 f. (ed. Fraipont, *CCL* xci^a. 700, 705 ff.).

you ought to fear God, honour the saints, and defend the church, you treat God with contempt, dishonour the saints, and seize the church's possessions and carry them off. I say that you are in danger, since those who commit such sins have no share in God's kingdom. Because of these sins, the archbishop of Tours has called on all our bishops, including my humble self, to excommunicate you. But I considered it my duty to admonish you first and to entreat you to have mercy on your soul and to make your peace with God,² for your end is at hand. So hasten, I beg you, to be reconciled to Christ our Saviour, for there is no salvation for man except through him.³ Keep this saying in mind: 'If anyone puts an end to his sins by confessing them and doing penance before he dies, his punishment in the next world will have an end; but if anyone does not put an end to his mortal sins by doing penance, his punishment will not have an end.'⁴ So take care for yourself as a man who is to die tomorrow, and be reconciled to Christ, so that you may not die condemned by apostolic authority. Farewell, and let me know what you intend to do quickly and truthfully.

Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges before 27 July 1023

To the holy and wise abbot and archbishop, G(auzlin), from F(ulbert), a humble bishop, with his true love and affection.

May you in your wisdom know, holy father, that Abbot T(etfridus)¹ departure left us sad and sorrowful, not because we were unable to maintain his innocence (such as it was), but because we could not disprove or conceal his sin. So if he comes to your province saying that he wishes to be examined, to the peril of his orders and the general dishonour of the priesthood, you ought to restrain his ventures by wise advice and bring them to naught in keeping with the apostolic precept: 'If a man be overtaken in any fault, and so forth.'²

73. ¹ Of Saint-Florentin of Bonneval (Eure-et-Loir, *arr.* Châteaudun). See nos. 74 f. His case is otherwise unknown.

² Gal. 6: 1, continuing: 'you, who are spiritual, instruct such a one in the spirit of meekness, considering thyself, lest thou also be tempted.'

74

Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges: informing him that he has notified the monks of Bonneval that they will have to appear at a hearing against Abbot Tetfridus and justifying his blessing Abbot Solomon¹ before 27 July 1023

Venerabili Bituricensium presuli G(auzlino) F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus incrementa uirtutum.

Legatum uestrum diu detinui, quia Salomon abbas² cum quibusdam monachis aberat, sine quorum consultu uobis responderi non oportebat. Quos ubi redierunt commonui, ut sese ad audienciam presentarent contra domnum Tetfridum. Ipsi uero responderunt se messiuo tempore occupatos, lites ad presens agitare non posse, sed idibus Octobris in Aurelianensi concilio quod futurum esse destinauimus, constituent uobis proximum audiencie et diem et locum, tantummodo fratrem suum Dodonem (qui est apud uos) reddatis eis infra predictum terminum. Interea oblatae sunt nobis^a quaedam litterae sub uestro nomine conscriptae ad domnum Arnulfum abbatem sancti Petri,³ significantes uos excommunicasse monachos nostros; sed auctoritatem qua uobis id liceat me uidisse non memini. At si apud uos habetur, nobis eam debetis ostendere, ne forte si non ostendatur, aut temere aut minime excommunicati esse dicantur. In litteris etiam quas mihi nuperrime direxistis confictam inueni reprehensionem meam de ordinacione Salomonis abbatis hoc modo: 'Miramur qua^b auctoritate fieri potuit, ut sine audiencia subditus prelato prepositus sit.' Quod (ut puto) mirari non debetis, quia non est, sed illud potius attendere quod est. Non enim hoc sine audientia factum est, neque subditus Salomon Tetfrido adhuc prelato praepositus est. Domnus T(etfridus) a suis monachis criminatus (ut scitis) apud me de infamia sua querimoniam fecit, eorumque maliciam se ferre non posse dicens, sub audiencia mea et eorum qui mecum erant prelacioni suae perpetualiter renunciauit, astruens abbatem monachorum Bone Vallis ulterius se non esse futurum. Sicque petita a nobis migrandi licencia transiuit ad uos. Monachi uero qui in

74 LDRCPBV KF contain only the last half of the letter beginning with *In litteris* and have not been used here. ^a nobis om. PV ^b quia L

Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges¹

before 27 July 1023

To the venerable archbishop of Bourges, G(auzlin), from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his prayer that he may grow in virtue.

I detained your messenger for a long time as Abbot Solomon² and some of his monks were away, and I needed to consult them before I replied to you. When they returned, I notified them that they would have to appear at a hearing and plead their case against Tetfridus. They replied that it was harvest time and that they were too busy to be involved in lawsuits at present, but that at the council which we have called to meet at Orleans on 15 October they will set for you the earliest possible day and place for the hearing provided you send their brother Dodo, who is with you, back to them before then. Meanwhile a letter was brought to us written in your name to Abbot Arnulf of Saint-Père³ which stated that you have excommunicated our monks. I do not recall having seen anything that authorizes you to do this. If you have such authorization, you ought to show it to us, for otherwise it may be said that they have been excommunicated rashly or not at all. Moreover, in the letter that you recently sent me, I found myself reproved as follows for having blessed Abbot Solomon: 'We wonder on what legal grounds a subject can be set over a superior without a hearing.' I do not think you ought to wonder at this, for it is not the case; but instead you should attend to what is. This was not done without a hearing, nor was Solomon, as a subject, set over Tetfridus while he was still abbot. As you know, after T(etfridus) was accused by his monks, he complained to me that he had been publicly disgraced and said that he could not continue to cope with their ill will. In the presence of my companions and myself he renounced his prelacy for ever and declared that he was no longer abbot of the monks of Bonneval. Then he asked for our permission to leave and went to you. The

74. ¹ See no. 73.

² The new abbot of Bonneval, of whom nothing else is known except that he attended a church dedication in 1040 (*GC* viii. 1238 f.).

³ c. 1013-33. His life in J. Mabillon, *Acta Sanctorum ordinis sancti Benedicti*, vi. i (Paris, 1701), 315 ff., consists of excerpts from *Cart. S.-Père* and his epitaph (see p. xliii n.).

Bona Valle remanserant, hoc scientes, alium quendam ex fratribus suis electum eo quod inreprehensibilis esse uidebatur obtulerunt Odoni comiti⁴ abbacia donandum ut mos erat, michique deinde consecrandum. Is interim locum pastoris tenet. Siquis ergo est qui me super hoc facto presumpcionis arguat, nouerit me respondere paratum, et hoc (si opus sit) tam ratione quam auctoritate approbare, quod siquis abbatum uel animi uel corporis egritudine molestatus prelacionem suam inperpetuum renunciando deserat, episcopus ipsius diocesis in loco eius alterum debeat ordinare.⁵ Valete.

75

*Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges: consenting to his request for a hearing for Abbot Tetfridus of Bonneval*¹

c. mid 1023

Vitae pariter et doctrinae meritis uenerando abbati et archiepiscopo^a G(auzlino) F(ulbertus) humilis episcopus utriusque officii praemia gloriosa.

Si de mea dilectione confidis, pater, sicut litterae tuae significant, securus esto quia rem tenes, non te fallit opinio. Proinde quicquid a me competenter exposcis facile impetras, et nunc quidem specialiter de audientia domni T(etfridi) uenerabilis sacerdotis, ne^b queratur diucius se fraudari oportunitate iudicii. Quod ego sibi hactenus (Deum testor) non insidiando distuli, sed prouidendo dissuasi, sciens quia causa eius in fine turpitudinis est, et sentinae modo quo amplius agitur, eo dirius fetet. Nec uero turpis tantum, sed et^c periculosa est adeo ut si uenerit ad iudicium, aut ipse aut accusator eius cum magna sit contumelia degradandus. Hoc itaque prouidens,^d et illud euuangelicum mente reuoluens: 'Nolite iudicare, nolite condemnare, et caetera',² herebam timorate suspensus, et expectans ut Dominus tantum dedecus ecclesiae suae sine publica discussione uel insultacione piaret. Nunc autem inapacencia domni T(etfridi) non permittit hoc fieri,

75 LDRCPBV ^a suo *add.* LDR ^b nec PB, *ante corr.* L ^c et
om. CP ^d prouidens BV

monks who remained in Bonneval, knowing this, elected another of their brothers who seemed to be irreproachable, presented him to Count Odo⁴ to be invested with the abbey as was the custom, and then to me to be blessed. Since then he has been their pastor. So if anyone wishes to accuse me of having acted rashly in this matter, let him know that I am prepared to answer and, if necessary, to prove by reason and on the basis of competent authority that if any abbot is afflicted with an illness of mind or body and abandons his prelacy and renounces it for ever, the bishop of his diocese should bless another to take his place.⁵ Farewell.

*Fulbert to Archbishop Gauzlin of Bourges*¹ *c. mid 1023*

To Abbot and Archbishop G(auzlin), who deserves to be honoured for his life and his learning, from F(ulbert), a humble bishop, with his wish that he may be gloriously rewarded for his excellence in both.

If you are relying on my love, father, as you say in your letter, you may rest assured that you are right and that you have judged correctly. Hence if you ask me for anything that is suitable, you easily obtain it, and now in particular a hearing for the venerable priest T(etfridus), so that he may no longer complain that he is being cheated of the chance for a trial. I call God to witness that I did not postpone this till now out of treachery, but that I advised him against it out of foresight; for I knew that his case involved immorality, and like filth the more it is stirred up, the worse it smells. Indeed, not only does it involve immorality, it is also dangerous, so much so that if he comes to trial, either he or his accuser must be degraded to his great dishonour. Foreseeing this and turning over in my mind the evangelical precept: 'Judge not, condemn not, and so forth',² I held off, anxiously waiting and hoping that the Lord would rid his church of such a great disgrace without public discussion or derision. But now in his impatience T(etfridus) will not let me do this. Instead he obstinately insists

⁴ Of Chartres.

⁵ Cf. p. 100 n. 3.

75. ¹ See nos. 73 f.

² Luke 6: 37: 'Judge not, and you shall not be judged. Condemn not, and you shall not be condemned. Forgive, and you shall be forgiven.'

sed^e pertinaciter instat, ac pie dissimulantes ad iudicium bestius^f urget.³ Tandem ergo quamuis inuitus et coactus cedo, diemque et locum (ut rogasti) constituo, iam non audens relinquere indiscussum, quod Deum puto nolle preterire inultum.⁴ Inperpetuum uale.

76

Fulbert to Archbishop Ebalus of Rheims: commending a student
before 27 July 1023

Diligendo semper ac uenerando Remorum archiepiscopo E(balo) F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus communicare fontem intimae caritatis.

De uestra bonitate non de nostro merito confidentes, deprecamur, obtime pater, ut notum habere dignemini hunc carum nostrum nomine Hubertum, qui de patria sua causa discendae honestatis egressus, et apud nos aliquandiu demoratus, talem se nobis exhibuit, ut non minus quam frater uterinus amari et honorari meruerit. Nunc uero eadem causa permotus, monasterium beati Remigii¹ quod uestrum est uisitare disposuit. Vbi si in aliquo fuerit indigus uestrae opis, sentiat, quesumus, uiscera^a pietatis. Valet.

77

Fulbert to Archbishop Leothericus of Sens: advising him as regards an impediment of spiritual relationship
before 27 July 1023

Venerabili Senonensium archiepiscopo L(eutherico) F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus a summo Domino 'euge, boni serui'.^{a1}

Placuit excellenciae uestrae sciscitari a nobis quid agendum sit de quodam uiro qui, filium suum tenendo ad confirmacionem,

^e sed only in P

^f uehementius B instantius V

76 LDRCPBV

^a uestrae add. LDR (*supra* L)

77 LDRCPBVKF

^a bone serue (*perhaps correctly*) B

and unreasonably demands³ that those who are dutifully keeping silent come to trial. So I am finally forced against my will to give way and to set a day and a place as you asked, for now I do not dare to leave untried what I think God is unwilling to let pass unpunished.⁴ Farewell, now and always.

Fulbert to Archbishop Ebalus of Rheims

before 27 July 1023

To Archbishop E(balus) of Rheims, who is always to be loved and revered, from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his wish that he may share in the fount of inmost charity.

Trusting in your goodness and not in our just deserts, we beg you, dear father, to deign to consider our good friend Hubert, bearer of this letter, as your friend too. Having left his homeland for the sake of acquiring a sound education, and having stayed with us for some time, he has shown himself as deserving of our love and honour as if he were our born brother. Now the same reason has led him to make arrangements to visit your monastery of Saint-Remi.¹ If he should in any way need your help there, we beg that he may feel the kindness of your heart. Farewell.

Fulbert to Archbishop Leothericus of Sens

before 27 July 1023

To the venerable archbishop of Sens, L(eothericus), from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his wish that he may hear from the most high Lord: 'Well done, good servant.'¹

It has pleased your excellency to ask us what should be done with regard to a man who acted as his son's sponsor at confirmation

Before Christmas he rebuilt the fortress of Gallardon which you had earlier destroyed, and on the third day after Epiphany he began to build another at Illiers² among the estates belonging to St. Mary's. We have sent messengers to your son King H(ugh) and to Count O(do) to inquire about this, as we did not know whether they had consented to his venturing upon such monstrous evils, for it is hard to believe that he would otherwise have done so. If they should not bring us aid in our great distress, we look to you after God to free us from this affliction. We are grieved that you are so involved in other regions that we cannot at present take hope in the thought that you are hastening to help us. But if some relief should not be quickly forthcoming on the part of your son, know that by our common consent divine worship will be discontinued throughout our diocese. If Count Odo is with you, enjoin him to come to our aid for the sake of God and his fidelity to you. Farewell.

Fulbert to King Robert¹

c. early 1025

To his lord and most high king, R(oberth), from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his prayer that he may always remain in the grace of the King of Kings.

We thank you for your kindness in having recently sent your messenger to gladden us with the news that you were safe and sound and to inquire how matters stood with us and to report this to your majesty. At that time we wrote to you about the injuries inflicted on our church by the vicomte G(eoffrey), who shows beyond all doubt that he has no regard for God or your excellency. For he has rebuilt the fortress of Gallardon which you earlier destroyed and of which we can say 'Behold, from the east shall evil break forth on our church'; and he has ventured to build another at Illiers among the estates belonging to St. Mary's, of which it can be said and in truth 'Lo, evil from the west'.² Once again we are forced to write to you about these same injuries and to lay our complaint before you in your mercy, from this very mercy begging for counsel and aid, since we have not received

² Both places are in Eure-et-Loir, *arr.* Chartres (cf. no. 100).

100. ¹ See nos. 98 f.

² Cf. Jer. 1: 14; no. 99.

H(ugone) super hec mala nil opis uel consolacionis accepimus. Pro quibus tacti dolore cordis intrinsecus,³ iam in tantum merorem nostrum prodidimus, ut signa nostra, iocunditatem et letitiam significare solita, ab intonando desinere et tristitiam nostram attestari quodammodo iusserimus, officiumque diuinum, hactenus in ecclesia nostra per Dei gratiam cum magna cordis et oris iubilatione celebrari solitum, depressis modo miserabiliter uocibus et pene silencio proximis fieri. Vnde pietatem uestram cum fletu^d cordis et mentis genua flexi precamur, succurrite sanctae Dei genitricis ecclesiae cui nos fideles uestros quantum possumus licet indignos preesse uoluistis, quorum a uobis solummodo post Deum in his quae ingeruntur molestiis consolacio et respiracio funditus pendet. Cogitate ergo qualiter ab his liberemur, et ut merorem nostrum conuertatis in gaudium,⁴ obsecrando comitem O(donem) et ei uestra regali auctoritate uiuaciter imperando, ut predictas diabolici instinctus machinas uero animo destrui iubeat, uel ipse destruat propter Deum et fidelitatem uestram, et sanctae Mariae honorem, et nostri adhuc sui fidelis amorem. Quod si nec per uos nec per illum irrita fuerit haec quasi perpetua nostri loci confusio, quid restat aliud nisi ut penitus interdiciamus agi diuinum officium in toto episcopatu nostro, ipsi inde heu inuiti et maxima necessitate coacti aliquo exulantes, nec oculis nostris uidere diucius sanctae Dei ecclesiae conculcationem ferentes? Quod ne^e facere cogamur, uestram misericordiam iterum iterumque flebiliter oramus, ne et illud (quod absit) apud extraneum regem uel imperatorem fateri compellamur a uobis exules, noluisse uos uel non ualuisse sponsam Christi sanctam ecclesiam uobis regere commissam tueri.^f

101

*Fulbert to King Robert: explaining why King Hugh has not sent him aid and interceding in his behalf*¹ c. early 1025

Domino suo R(otberto) regi benignissimo F(ulbertus) Dei et sui gratia Carnotensium episcopus statum plenae felicitatis.

Postquam transmisimus uobis litteras per Ragenfridum clericum querimoniae nostrae de oppressione quam ecclesia nostra

^d confletu L conflexu C

^e nec ante corr. L, P

^f intueri P

³ Cf. Gen. 6: 6.

⁴ Cf. Jas. 4: 9.

any help or consolation from your son H(ugh) in our distress. As a result of these injuries, our heart is inwardly stricken with grief,³ and in our great sorrow we have already announced that we have ordered that the bells, which usually signify our joy and gladness, are to give some evidence of our sadness by their silence, and that divine worship, which in the past by God's grace has usually been celebrated in our church with great joy of heart and voice, is now to be performed mournfully, with low voices and almost in silence. With weeping heart and in our mind on bended knee, we beg you in your piety to come to the aid of the church of the holy Mother of God, of which you placed us in charge, your unworthy, though faithful, servants so far as in us lies. On you alone after God totally depends our consolation and recovery from the troubles with which we are afflicted. So take thought as to how we may be freed from them; and that you might change our sorrow into joy,⁴ entreat Count O(do) and earnestly command him in the name of your royal authority to order in all honesty that those hell-inspired devices be destroyed or to destroy them himself for the sake of God, his fidelity to you, honour to St. Mary, and love for us who are still his faithful servants. But if this well-nigh continual disorder in our neighbourhood is not brought to an end by one of you, what remains except for us to prohibit all celebration of divine worship throughout our diocese, and then (alas) for us ourselves, forced against our will by the greatest necessity, to go somewhere into exile and no longer to have to endure seeing with our own eyes God's holy church being trampled down? So that we may not be forced to do this, we piteously beg you again and again to have mercy on us. Heaven forbid that you should compel us as exiles to confess to a foreign king or emperor that you were unwilling or unable to protect the spouse of Christ, the holy church which was entrusted to your guidance.

*Fulbert to King Robert*¹

c. early 1025

To his lord and most kind king, R(obert), from F(ulbert), by God's grace and his bishop of Chartres, with his wish that he may prosper in every respect.

After we sent the letter by the clerk Ragenfridus in which we laid our complaint before you as regards the affliction with which

patitur, locuti sumus cum domino rege H(ugone) filio uestro sciscitantes ab eo cur nobis in tanta necessitate non succurrerit. Qui se contra nos humiliter purgans, respondit, quia procul a nobis erat, ideo facultatem sibi ueniendi in auxilium nostrum non fuisse, immo copiam uirorum qui se comitarentur non habuisse. Cuius nos purgacioni^a minime discredentes, pro illo uestram clemenciam oramus, ne fiat aliena^b uestro genito paternitatis uestrae gratia, si sanctae ecclesiae non prestitit^c opem quae impossibilis erat ei prestari.^d Ad^e uos tandem, dilectissime domine, nostri adiutorii summa redit, cuius gratuita bonitate presulis honore fungimur, et tutela cuius^f posse eripi a malorum iniuriis omnino confidimus. Sed ab his quae modo nobis^g incumbunt, sine multo^h labore uestro speramus erui, dummodo prece et obsecratione cum Odone comite obnixe agatis, quatenus idem nos ab illis expediat. Ceterum serenissimam pietatem uestram appellamus pro eodem rege filio uestro, qui satis superque desolatus incedit; neque enim in domo uestra cum securitate uel caritate licet ei manere, neque foris est ei unde uiuat cum honore regi competente.² Vnde uos oportet aliquid boni consilii reperire, et illi impendere, ne dum ille quasi peregrinus et profugus agit, paterni animi fama uobis deperat.

102

Bishop Isembertus of Poitiers¹ to Bishop Hubert of Angers: declining his invitation to attend the dedication of his cathedral before 16 August 1025

Sancto ac uenerabili Andegauensium episcopo H(uberto) I(sembertus)^a humilis Pictaunorum sacerdos suffragium orationis et fidelitatis obsequium.

Cum mihi constans dilectionis uestrae sit habitus, eo magis gauderem, presul optime, quo sepius uobis placitura facerem.

^a purgationis P ^b a add. LDR (*supra* L) ^c prestat LDR
^d prestare LDR ^e At per DR ^f redit . . . cuius *om.* LDR
^g nobis *om.* DR ^h inculto L
102 LDRP ^a I(sembertus) *om.* P

our church is oppressed, we spoke with your son King H(ugh) and asked him why he had not brought us help when we very much needed it. He humbly cleared himself in our sight by replying that he was far away from us and did not have the means to come to our aid or even enough followers to accompany him. We are quite satisfied with his explanation, and in his behalf we beg you in your clemency not to deprive your son of your paternal favour because he did not offer the holy church the aid which it was not possible to offer it. So now it devolves on you, my lord, to be our help and mainstay, for it is by your freely given kindness that we exercise the office of bishop, and by your protection we are fully confident that we can be rescued from the injuries of evil-doers. From our present afflictions we believe that we can be delivered without much effort on your part if you will only be resolute in enjoining and entreating Count Odo to free us from them. As for the rest, we appeal to your highness's paternal affection on behalf of your son King Hugh, who is going about in utter wretchedness, for he cannot stay in your household in safety or with charity, and there is no other place where he can live with the honour that befits a king.² Hence you ought to work out some satisfactory arrangement and to offer it to him so that you may not lose your reputation for fatherly affection as a result of his living as an exile and a fugitive.

Bishop Isembertus of Poitiers¹ to Bishop Hubert of Angers before 16 August 1025

To the holy and venerable bishop of Angers, H(ubert), from I(sembertus), humble bishop of Poitiers, with the support of his prayers and the service of his fidelity.

Since you are unwavering in your affection for me, dear bishop, my joy should increase with every chance that I have to give you

² See the account in Raoul Glaber, iii. 9 (ed. Prou, pp. 81 ff.), of Hugh's early promise and of how Queen Constance forced him to leave the royal court. 102. ¹ Before 1023/4-c. 1047 (GC ii. 1162 ff., where, however, the date of Bishop Jordan of Limoges's consecration needs to be corrected (see p. 165 n.)). The bishopric of Poitiers was virtually hereditary in his family (see M. Garaud, *Les châtelains de Poitou et l'avènement du régime féodal* (Mém. de la Soc. des Antiquaires de l'Ouest, Fourth Series, viii (1964)), pp. 65 ff.).

Nouerit ergo serenitas uestra quod libentissime uenirem ad preciosissimam dedicationis^b templi uestri sollempnitatem,² nisi detineret me causa huiusmodi. Domnus noster Guillelmus comes, habito consilio cum Italis, precepit mihi et domnis meis Isloni atque Rohos coepiscopis³ sua quaedam seria procurare, quae nullatenus sunt nobis postponenda. Hac de causa quia caritatem uestram^c inuitatus adire nequeo, non paruus animum meum occupauit egritudinis affectus. Sed hoc consolor, quia spero me per Dei gratiam alias offitiis uestris alacriter affuturum. Valete coram Deo in sanctitate condigna.

103

*Duke William V of Aquitaine to Bishop Leo of Vercelli:¹
asking for his help in securing the Italian crown*

c. mid 1025

G(uillelmus) Dei gratia dux Aquitaniae domno Leoni Vercellensium episcopo salutem.

Itali suaserunt mihi et filio meo intromittere de regno Italiae, facientes nobis sacramentum et ipsius regni et Romani imperii^a adquirendi per rectam fidem quantum poterunt.^{b2} Vnde mando uobis et precor uestram gratiam,^c ut adiuetis nos de hac causa sicut melius scitis et potestis. Modo pareat si uerum est quod semper mihi dixistis, uos amicum meum esse et rerum mearum curam habiturum si opus esset. Hoc scitote quia si nostris partibus faueritis, numquam uidistis tam bonos dies quam illos quibus nos in illum honorem mittetis. Nam omnia nostra procul dubio uestra erunt. Remandate mihi quam bene possum confidere in amore uestro et adiutorio. Valete.^d

^b dedicationem P

^c uestram caritatem LDR

103 LDRP

^a sacramentum . . . imperii] sacramento et ipsius et

Romanum per id P

^b potuerunt P

^c praecorum uestram

bonitatem P

^d Vale LR

² The cathedral of Saint-Maurice, which was consecrated 16 August 1025 (*Cartulaire noir de la cathédrale d'Angers*, ed. C. Urseau (Documents historiques sur l'Anjou, v (1908)), pp. xxi–xxii).

³ Islo of Saintes, before 18 January 1000–1032 or later (J. Depoin, 'Chronologie des évêques de Saintes de 268 à 1918', *BPH*, 1919, p. 48); Roho of Montaigu, bishop of Angoulême, after 28 January 1018–1031/8 (Newman, p. 172 n.). See pp. lxxxv–lxxxvii.

pleasure. So I should like your eminence to know that I would be delighted and esteem it a great privilege to attend the solemn consecration of your church² if I were not prevented from doing so for the following reason. Our lord, Count William, having met with the Italians, has instructed my fellow bishops Islo and Roho³ and myself to take care of some serious matters which we cannot postpone. Since this makes it impossible for me to attend despite your kind invitation, I am quite overwhelmed with disappointment. But I take comfort in the hope that on another occasion, by God's grace, I may be on hand and eagerly serve you. Farewell, and may you possess in God's sight all the holiness that is properly yours.

Duke William V of Aquitaine to Bishop Leo of Vercelli¹

c. mid 1025

W(illiam), by grace of God duke of Aquitaine, to Bishop Leo of Vercelli, with his greetings.

The Italians have persuaded my son and myself to intervene in the affairs of the kingdom of Italy and have sworn that in all good faith they will do what they can to secure for us that kingdom and the Roman Empire.² So I am writing and asking your grace to aid us in this matter to the utmost of your knowledge and power. Now let us see if what you have always told me is true: that you are my friend and will give me your support if I should need it. You may rest assured that if you will promote our cause, you will never have seen such good days as those in which you help us to attain that honour, for all that is ours will indeed be yours. Write and let me know to what extent I can rely on your love and aid. Farewell.

103. ¹ 998/9–after 10 April 1026. Leo was one of the foremost supporters of the German emperors in northern Italy. See H. Bloch, 'Beiträge zur Geschichte des Bischofs Leo von Vercelli und seiner Zeit', *Neues Archiv*, xxii (1897), 13 ff.; M. Uhrlitz, 'Die italienische Kirchenpolitik der Ottonen', *Mitteilungen des österreichischen Instituts für Geschichtsforschung*, xlviii (1934), 278 ff. and *passim*; J. Fleckenstein, *Die Hofkapelle der deutschen Könige*, ii (*MGH, Schriften*, xvi. 2 (Stuttgart, 1966)), pp. 90 ff. and *passim*. See above, pp. lxxxv f.

² Cf. nos. 104, 109. Pabst, p. 351 n., has called attention to the verbal similarity here and suggested that this pointed to Hildegard as their author or perhaps to a common documentary source.

104

*Count Fulk of Anjou to King Robert: asking him on behalf of Duke William of Aquitaine to intervene in Lorraine*¹

c. mid 1025

Domino suo regi R(otberto)^a F(ulco) Andegauorum comes salutem et fidele seruitium.

G(uillelmus) Pictauorum comes herus meus² locutus est mihi nuper, dicens quod^b postquam Itali discesserunt a uobis diffisi quod uos regem haberent,^c petierunt filium suum ad regem. Quibus ille inuitus coactusque^d respondit, tandem adquiescere se^e uoluntati eorum, si consentirent illis cuncti marchiones Italiae et episcopi ac ceteri meliores. Illi promiserunt quod recta fide facerent illos consentire si possent. Nunc ergo mandat uobis postulans suppliciter gratiam uestram, ut detineatis homines de Lotharingia et Fredericum ducem³ atque alios quos poteritis ne concordent cum rege Cono,⁴ inflectendo eos quantum quiueritis ad auxilium eius. Dabit uobis pro hoc negotio mille libras denariorum et c pallia,^f et dominae reginae Constantiae quingentas libras nummorum. Orat uos ut ipse eam salutetis et filium uestrum regem⁵ ex parte sua; et ego precor significari mihi litteris uestris^g aut nunciis quid animi uobis sit super hoc quod ipse uos rogat, ut renuntiem illi. Valete.^h

105

Hildegard to Fulbert: explaining why he cannot visit Chartres and sending a book to be copied

c. mid 1025

Domino suo carissimo F(ulberto) presuli H(ildegarius) omnium expentendorum summam.

Quod ante uindemias non reuiseo uos, pater dilectissime, fratris B. morbus me^a detinet, cum oportunum fuerit (annuente Deo)

104 LDRP ^a R(otberto) om. P ^b quod om. DR ^c habere P
^d coactus L ^e se om. P ^f pallias P ^g uestris om. P

^h Vale L

105 LDRP ^a me om. LDR

*Count Fulk of Anjou to King Robert*¹ c. mid 1025

To his lord, King R(ober)bert, from Count F(ulk) of Anjou, with his greetings and faithful service.

My lord, Count W(illiam) of Poitiers,² spoke with me recently and told me that after the Italians left you, since they had lost hope of getting you to be their king, they asked for his son. Much against his will he finally gave in and replied that he would agree to their request if this was acceptable to all the Italian marquises, bishops, and other nobles. They promised that in all good faith they would do what they could to secure their consent. So now he sends word and humbly asks your grace to keep the Lotharingians, Duke Frederick,³ and such others as you can from coming to terms with King Conrad⁴ and to persuade as many of them as possible to shift their support to him. In return he will give you a thousand pounds in pennies and a hundred cloaks, and Queen Constance five-hundred pounds in pennies. He asks you to convey his greetings to her and to your son the king;⁵ and for my part I beg you to let me know by letter or messenger what you intend to do as regards his request so that I may pass it on to him. Farewell.

Hildegard to Fulbert

c. mid 1025

To his very dear lord, Bishop F(ulbert), from H(ildegard), with his wish for every blessing.

I cannot visit you before vintage-time, my dear father, as I am detained by Brother B.'s illness; but when I can, I shall (God

104. ¹ See pp. lxxxv f.

² As regards the feudal relationship between William and Fulk, see no. 109; Halphen, pp. 54 ff.; Guillot, i. 39 ff.

³ Frederick II, duke of Upper Lorraine, who was ruling along with his father since at least 1019 and who seems to have died 18 May 1026/7 (A. Hofmeister, *Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung*, xxxviii (1920), 503 ff.; and following him, G. Tellenbach, 'Vom karolingischen Reichsadels zum deutschen Reichsfürstenstand', *Adel und Bauern im deutschen Staat des Mittelalters*, ed. T. Mayer (Leipzig, 1943), p. 36).

⁴ The Emperor Conrad II. On the use of the names Cuno and Conrad see Bresslau, i. 348.

⁵ King Hugh.

libentissime id acturum. Scripto uestro interim queso mihi innotescere quomodo uos agatis, et qualiter condiscipuli mei se gerant^b in scolis, et an melius solito celebrent canonicas horas. Mitto uobis unum ex duobus libellis quos amicus uester comes G(uillelmus) rogauit transcribi. Immissum cuidam libro maiori^c in archa mea celabat eum obliuio, putante me illum uobis esse delatum.^d Si uos uel uestros in querendo laborare feci, mea culpa. Salutate, precor, uice mea domnum meum Sigonem et Hilduinum, priorem animum meum, alterum animae meae dimidium.¹ Ceteri uestri omnes salui sint in Christo, summa omnium salute uos protegente. Amen.

106

*Hildegard to Ebrardus:*¹ asking about his success as schoolmaster
c. mid 1025

Fratri E(brardo)^a H(ildegarius) omne bonum.

Volo scribas mihi, carissime, quam bene tibi procedat scholasticum officium a domino meo presule rogatu meo nuper tibi commissum, quantum eius gratiam inieris, qui te demulceant, qui mordeant, quam incolumis tute consistis.^b Prosperitas tua salus mihi est, aduersitas^c egritudo. Valeas semper in Christo.

107

Fulbert to Duke William V of Aquitaine: declining his invitation to attend the consecration of the cathedral of Poitiers and informing him of his efforts to settle the case of Bishop Jordan of Limoges
c. summer 1025

Clarissimo duci Aquitanorum G(uillelmo) F(ulbertus) humilis episcopus utile et honestum.

Gauderem, dilectissime princeps, ad dedicationem ecclesiae uestrae¹ deuotus occurrere, nisi me ecclesiae nostrae nullo modo

willing) most gladly do so. I beg you in the meantime to write and let me know how you are doing, how my fellow students are getting along in the schools, and whether they celebrate the hours of divine office better than they used to. I am sending you one of the two little books that your friend Count W(illiam) asked to have copied. It was hidden by a larger book in my chest, and I had forgotten about it, since I thought I had sent it to you. If I put you or yours to any trouble in searching for it, forgive me. Please convey my greetings to Sigo and Hilduinus, the one is my soul, the other half my life.¹ To all the rest of yours my best wishes in Christ, and may he, the most high Saviour of all, protect you. Amen.

*Hildegard to Ebrardus*¹

c. mid 1025

To Brother E(brardus) from H(ildegard), with his wish that all may be well.

Please write, my dear friend, and let me know how you are doing in your office as schoolmaster to which the bishop recently appointed you at my request, how well pleased he is with you, who are favourable to you, who attack you, and how well you are yourself. Your prosperity is my happiness; your adversity, my sorrow. Farewell in Christ, now and always.

Fulbert to Duke William V of Aquitaine c. summer 1025

To the most illustrious duke of Aquitaine, W(illiam), from F(ulbert), a humble bishop, with his wish for what is useful and honourable.

I should be happy, my dear prince, to attend the consecration of your church¹ with due devotion if I were not detained by the

105. ¹ Cf. Horace, *Carm.* i. 3. 8. See pp. xxxviii, 149.

106. ¹ Probably the Ebrardus who witnessed Appendix C, no. 10, as *grammaticus*. He may be the Ebrardus commemorated in the necrology as deacon, subdean, and chancellor and renowned for his learning and eloquence (Merlet, p. 150) or the canon and chancellor of Chartres and later abbot of Breteuil (*ibid.*, p. 162; cf. no. 108). *Cart. S.-Père*, i. 110, mentions a sacristan of this name who was celebrated for his learning and was consulted by King Robert on his way to the council of Orleans in 1022 (see p. lxxxv).

107. ¹ The cathedral of Saint-Pierre of Poitiers, which was consecrated 17 October 1025 (see p. lxxxvii; no. 110).

^b generent P ^c maiori om. P ^d dimissum P
106 LDRP ^a G. LDR ^b consistat P ^c et add. P
107 PB

negligenda necessitas detineret. Gratia namque Dei cum adiutorio uestro criptas nostras peruoluimus, easque priusquam hiemalis^a inclementia ledat cooperire satagimus. Volo autem uos scire quia littere quas priores episcopo Azolino² misistis regi relate sunt, qui aetiam ualde contristatus est de sua uilitate quam ibi scriptam inuenit, fecissetque Bituricensis episcopus³ iuxta^b consilium nostrum (ut ait)^c de Lemouicensi episcopo,⁴ nisi eum regalis irae formido distineret.^d Sed quia rex proximo rugitu (ut dicitur)⁵ uenire habet in siluam Legium, quae uicina est (ut scitis) monasterio sancti Benedicti,⁶ ego quoque (Deo fauente) illuc ire disposui, sciturus quales inueniam erga uos et regem et archiepiscopum uel quales reddere possim. Et quod interim effecero, aut ipse uobis referam, aut litteris innotescam. Valete feliciter.

108

Fulbert to Hildegard: explaining why he has delayed his journey and sending him news and advice c. summer 1025

Caro suo H(ildegario) F(ulbertus) humilis episcopus.

Scio te, fili, meum desiderare aduentum; sed retardant templi restauratio, mandata regis, praedonum instantia, messivae feriae,¹ Lemouicensis episcopi causae pacandae difficultas,² uia scrupulosa. Egre fero moras meas, satiusque michi fuisset rem sancti patris Hilarii non suscepisse curandam, quam tali modo tractare. Sed hac consolatione respiro, quia quod potes uice mea facis. Precor ergo ut propositum urgeas³ strenue tam in spiritualibus quam in secularibus agens. Si Robertum praepositum⁴ indiligenter uilicari nosti, fer causam ad notitiam ducis nostri ut eius arbitratu uel corrigatur uel mutetur. Saluta caros nostros R., A., Hu., Dur.⁵ et

^a hiemalis om. P ^b iuxta om. P ^c ait om. P ^d detineret B
108 P

² Adalbero of Laon. As regards the name Azelinus, see Coolidge, p. 7 n. Whether *sua* in the following clause refers to King Robert or to Adalbero, who was notorious for his treachery, is not certain; and no further information concerning the present incident seems to be available. ³ Archbishop Gauzlin.

⁴ Jordan (see pp. 164 f.). ⁵ i.e. the autumn mating-season

⁶ Fleury-sur-Loire. For the name *Silua Legium* see P. Domet, *Histoire de la Forêt d'Orléans* (Orleans, 1892), pp. 1 ff.

108. ¹ See Du Cange, s.v. *Feriae messivae*, where this passage is cited for the meaning *vacationes autumnales*.

² See pp. 164 f.

³ Cf. Horace, *Sat.* ii. 7. 6 f.

pressing necessities of our own church; for by God's grace and with your aid we have been hard at work on our crypts and are trying to put roofs on them before they are damaged by the rigour of winter. However, I want you to know that the letter you earlier sent to Bishop Azelinus² was brought to the king, who was very upset by the account of his base conduct which he found there, and that the bishop of Bourges³ would have followed our advice (so he says) as regards the bishop of Limoges,⁴ if he had not been restrained by fear of arousing the king's anger. But since at the next rutting-time (as it is called)⁵ the king plans to go to the forest of Orleans, which is (as you know) near the monastery of Saint Benedict,⁶ I too have made arrangements to go there (God willing) to see how I find the king and the archbishop disposed toward you or what I can do to change them. What I accomplish in the meantime I shall either tell you myself or let you know by letter. Farewell, and good fortune.

Fulbert to Hildegard

c. summer 1025

To his dear H(ildegard) from F(ulbert), a humble bishop.

I know, my son, that you are eager for me to come; but I am held back by the rebuilding of the church, the tasks imposed on me by the king, the constant menace of robbers, the harvest days,¹ the difficulty of settling the bishop of Limoges's case,² and the rough journey. I find these delays hard to bear, and it would have been better for me not to have taken charge of Saint-Hilaire than to care for it like this. But I am consoled and take hope in the thought that you are doing what you can in my place. I beg you to stick to your task³ and to be vigorous in handling both spiritual and secular affairs. If you have evidence that the provost Robert⁴ is neglecting his stewardship, bring the matter to our duke's attention so that he may be corrected or removed as he thinks best. Give our greetings to our dear R., A., Hu., Dur.,⁵ and the

⁴ Robert is not mentioned in any of the early eleventh-century charters in Rédet.

⁵ R. is perhaps the Raino of nos. 120 ff. Dur. may be the Durand who witnessed several charters concerning Saint-Hilaire about this time (Rédet, xiv. 80, 82, 84), and Hu. the Ugo who witnessed the same charters and perhaps several earlier ones.

alios tam clericos quam laicos.^a Frater Tetoldus obiit; frater Ebrardus monachus euasit.^b Scolarum ferulam et cancellarii tabulas tibi seruo, bona parans, meliora deuotans. Tu quoque pro nobis orans, feliciter uale.

109

Hildegard to Fulbert: informing him that Duke William of Aquitaine is setting out for Italy and asking whether he still intends to visit Poitiers c. autumn 1025

Quem iugiter in precordiis animae suae fouet domino et patri suo Fulberto) H(ildegarius) perpetuo uigere.

Dux noster G(uillelmus) uobis amicissimus profecturus est in Italiam die Iouis proxime uenturo sciscitari de causa filii sui si cum honore et incolumitate sua fieri queat. Itali enim elegerunt eum sibi ad regem, facientes ei sacramentum et Italiae regnum concedendi et Romanum imperium adquirendi per rectam fidem quantum possint. Hac de causa precessurus est prudens pater filium, quod^a supra dixi cum ipsis deliberaturus. Nunc ergo prudentiae uestrae sit^b decernere utrum ad nos illo absente ueniatis iuxta condictum. Si ueneritis, uictualia uobis Deo largiente non deerunt. Vnde quidlibet^c uobis placuerit, litteris mihi rogo significari. Interim et semper cum omnibus uestris bene ualeatis, sanctissime pater, uitae nobis dulcedo pariter et gloria.¹ Si transieritis Bituricas, cum Odone de Dolis² amice loquimini. Inueni illum^d in Romano itinere³ prudentem uirum, et spero uobis obsequentissimum fore, siquid obsequii uultis ab eo. Est etiam comiti nostro G(uillelmo) satelles fidissimus^e et familiarissimus. Fulco comes⁴ appellatus a comite G(uillelmo) ne uobis tegnam inter uias moliat, respondit in uera fide (sicut nobis^f uisum est) nullam se moliturum, uelle etiam sibi premandari uestrum aduentum, ut conducat uos per sua. Prosperum iter faciat uobis Deus salutarium nostrorum.

^a Tedoldus *add.* P

109 LDRP ^a quam LDR ^b sit *om.* P ^c quodlibet P
^d eum LDR ^e fidelissimus LDR ^f uobis P

⁶ See nos. 65, 106.

others, both clerks and laymen. Brother Tetoldus has died; Brother Ebrardus (the monk) has gone.⁶ I am keeping the schoolmaster's rod and the chancellor's place for you, with good things in store and better to follow. For your part, pray for us. Farewell, and good fortune.

Hildegard to Fulbert

c. autumn 1025

To his lord and father, Fulbert, whom he always cherishes in the depths of his soul, from Hildegard, with his wishes for his continuous prosperity.

Your very dear friend, our Duke William, is going to leave for Italy next Thursday to see if the plan for his son can be carried out honourably and safely. The Italians have chosen him to be their king and sworn that in all good faith they will do what they can to grant him the kingdom of Italy and to secure for him the Roman Empire. So the boy's father is wisely going there first to discuss this with them. Hence it is for you in your wisdom to decide whether you are going to visit us as planned even though he will not be here. If you do come, there will (God granting) be adequate provisions for you. Whatever you decide to do, please write and let me know. In the meantime and always, my best wishes to you and all yours, most holy father, who are the sweetness and glory of our life.¹ If you go through Bourges, make friends with Odo of Déols.² On the journey to Rome³ I found him to be a man of wisdom, and I believe that he will be most ready to serve you if you should need his help. He is also a very faithful and close follower of Count William. When Count Fulk⁴ was called on by Count William not to give you any trouble on your journey, he replied in all good faith (or so it seems to us) that he would not do so and that in fact he wishes to be told of your coming in advance so that he himself may escort you through his land. May the God of our salvation grant you a safe journey.

109. ¹ Cf. Macrobius, *Com. in Somn. Scip.* i. 1.

² Indre, *arr.* Châteauroux. On Odo and the house of Déols, see J. Wollasch, 'Königtum, Adel und Klöster im Berry während des 10. Jahrhunderts', *Neue Forschungen über Cluny und die Cluniacenser*, ed. G. Tellenbach (Freiburg, 1959), pp. 48 ff.

³ Perhaps in connection with these same negotiations?

⁴ Of Anjou.

110

Bishop Isembertus of Poitiers to Archbishop Arnulf of Tours: thanking him for accepting his invitation to attend the consecration of his cathedral, but informing him that he cannot send an escort
before 16 October 1025

A(rnulfo) archipresuli I(sembertus) humilis episcopus eternam salutem.

Magnas gratias referimus uestrae caritati petitionem nostram explere sub rationabili conditione promittenti. Cui conditioni uelle nos alacriter deseruire, sed minime posse magnitudini uestrae notum facimus. Ductores enim itineris ipsi multis occupati mittere uobis non possumus, nec ab ipso comite W(illelmo) querere ualemus, quoniam abest in expeditionem profectus, ut aiunt non rediturus usque^a xvii kalendas Nouembris cum sequenti^b die simus dedicaturi ecclesiam nostram.¹ Nolumus ergo uestram excellentiam fatigatum iri, ne forte cum uelimus^c presentia uestra gaudere, aliquo uestri incommodo obiter uobis illato turbemur. Quod si accideret, letitia nostrae^d sollempnitatis in maximum uerteretur merorem.² Sic autem beatus Petrus et nos cum ipso uobis gratulamur, cuius obsequio interesse uolebatis, ac si interessetis. Valete^e feliciter.

111

*Duke William V of Aquitaine to Marquis Manfred of Turin and his wife:*¹ *informing them that it seems best to abandon the effort for the Italian crown and asking for their aid*
c. late 1025

M(aginfrido) marchioni clarissimo et uxori suae B(ertae) prudentissimae G(uillelmus) Dei gratia dux Aquitanorum inperpetuum uigere.

Quod ceptum est de filio meo non uidetur mihi ratum fore nec utile nec honestum. Gens enim uestra infida est, insidiae graues

110 LDRP ^a ad add. DR ^b consequenti ante corr. L, D
^c uolumus P ^d uestrae P ^e Vale L
111 LDRCP

Bishop Isembertus of Poitiers to Archbishop Arnulf of Tours
before 16 October 1025

To Archbishop A(rnulfo) from I(sembertus), a humble bishop, with eternal greetings.

Thank you very much for your kindness in promising to comply with our request and for the reasonableness of what you stipulate in return. We are writing to inform your eminence that despite our eagerness to do our part, we can in no wise do so. We have many commitments and cannot send anyone to escort you on your journey; nor can we ask Count W(illiam) to do so since he has gone on an expedition from which he is not expected to return until 16 October, and the consecration of our church is set for the next day.¹ So we do not want to put your excellency to this trouble, for fear that when we wish to have the pleasure of your presence, we might instead be distressed because you met with some harm on the way. If this should happen, our joy on that solemn occasion would be turned into the greatest sorrow.² Yet Saint Peter and ourselves thank you just as much for wishing to be here to serve him as if you were here to do so in person. Farewell, and good fortune.

*Duke William V of Aquitaine to Marquis Manfred of Turin and his wife*¹
c. late 1025

To the most illustrious Marquis M(anfred) and his most wise wife B(ertha) from W(illiam), by grace of God duke of Aquitaine, with his wishes for their continuous prosperity.

I do not think that the plan for my son can be carried out with profit or honour; for your fellow countrymen are not to be trusted,

110. ¹ The cathedral of Saint-Pierre of Poitiers (see p. lxxxvii; no. 107).

² Cf. Jas. 4: 9.

111. ¹ Oldericus Manfred II, before 1001–1033/5. He was married to Bertha, daughter of the Marquis Otbertus II, by 1014. See Bresslau, i. 361 ff., especially 373 ff.; C. W. Previté-Orton, *The Early History of the House of Savoy* (Cambridge, 1912), pp. 166 ff.; above, p. lxxxvi.

contra nos orientur. Si eas^a uel cauere uel superare non possumus, regnum nobis minime proderit, fama nostra periclitabitur.^b In nostris etiam partibus diuersi diuersa iam inceptant, nouis rebus quibus nos ad presens intentos uident et in futuro artius occupari putant^c animati. Quae fieri nec posse^d reprimi nobis^e alias intentis, uos ipsi turpe et inutile decernitis. Quocirca per fidem et amicitiam quae inter nos est obsecramus uos operam^f dare qualiter absque nostro et uestro dedecore ab incepto desistatur, cauentes ne filius meus uel quilibet alius hoc resciscat donec inuicem secreto loquamur. Quod si (Deo disponente) non dimittitur quin fiat, curate ut consensu archiepiscopi Mediolanensis et episcopi Vercellensis² et aliorum quorum interest effectum optineat. Valet.^g

112

Bishop Leo of Vercelli to Duke William V of Aquitaine: exhorting him not to be discouraged by the failure of his Italian venture and alluding to an earlier agreement

c. late 1025

Domno G(uillelmo) duci frater Leo seruitium.

Ne tristeris, amice karissime, si Longobardi te deceperunt. Ego certe optimum tibi^a dabo consilium si mihi credere uolueris. Esto uir fortis;¹ et de preteritis ne cures, de futuris caueas. Per tuum fidelissimum hominem mihi manda quid uelis facere, et ego optimum tibi dabo consilium. Mitte mihi mulam mirabilem et frenum preciosum^b et tapetum mirabile pro quo te rogauit ante sex annos.²

^a † add. L tandem add. DR ^b periclitabatur L ante corr. D?
^c putant om. LDRC ^d possem P ^e uobis P ^f date add. P
^g Vale LP

112 LDRC ^a tibi optimum LDRC ^b mirabile DR

² Aribertus II, archbishop of Milan 1018–45 (see H. E. J. Cowdrey, 'Archbishop Aribert II of Milan', *History*, li (1966), 1 ff.), and Leo of Vercelli, both ardent supporters of German rule.

112. ¹ Cf. 1 Kgs. 18: 17; 2 Kgs. 10: 12.

² Cf. no. 113. It appears that William and Leo had engaged in some scheme six years earlier which they did not wish to discuss openly and of which no further details are known. It may have concerned German-Italian relations, for the Emperor Henry II had difficulty in controlling Lombardy and was

and it will give rise to dangerous plots against us. If we are unable to forestall or to overcome them, it will not be of any advantage to us to have the kingdom, and our reputation will be endangered. In our own land several persons have already been roused to embark on schemes of their own as a result of seeing our interest in this new venture at present and of thinking that we shall be more deeply involved in the future. For this to happen and for us to be unable to prevent it because we are busy elsewhere would, as you yourself see, be dishonourable and dangerous. So I beg you by our mutual faith and friendship to try to work out an honourable way for both of us to abandon this enterprise and to take care that neither my son nor anyone else learns of it until we have a chance to confer in private. But if by divine providence it is decided to go through with it, please see to it that this is done with the consent of the archbishop of Milan, the bishop of Vercelli,² and the others who are involved. Farewell.

Bishop Leo of Vercelli to Duke William V of Aquitaine

c. late 1025

To Duke W(illiam) from Brother Leo, with the offer of his service.

Do not be disheartened, my dear friend, if the Lombards have deceived you. For my part, I shall counsel you as best I can if you will trust me. Be strong and play the man.¹ As regards the past, put it out of your mind; and as for the future, be on your guard. Send one of your most trustworthy servants to let me know what you wish, and I shall counsel you as best I can. Send me the wonderful mule, the precious bridle, and the marvellous hangings for which I asked you six years ago.² Amen I say to

largely dependent on the loyalty of the churchmen and some secular nobles (cf. the terms which William says in no. 113 the Italians tried to impose on him). The only event I can find which might bear directly on this matter is the meeting which Henry held with the leading churchmen and nobles of northern Italy at Strasbourg in the autumn of 1019 (*Die Regesten des Kaiserreiches unter Heinrich II*, ed. T. Graff (Regesta Imperii, ed. J. F. Böhmer and others, ii. 4 (2nd edn., 1971)), no. 1957^a; H. Bloch, *Neues Archiv*, xxii (1897), 101 f.); but throughout Leo was one of Henry's most faithful supporters. According to Adémar iii. 41 (ed. Chavanon, p. 163) William went to Rome almost every year (cf. Richard, i. 196 n.), and he may have met Leo on one of his journeys there.

Amen dico tibi non perdes mercedem tuam,³ et quicquid uolueris dabo tibi.^c Vale.^d

113

*Duke William V of Aquitaine to Bishop Leo of Vercelli: answering his letter and explaining why he abandoned his efforts for the Italian crown*¹ c. late 1025

Domno L(eoni) Vercellensium episcopo G(uillelmus) Pictauensis amicus eius karissimus salutem et seruitium.

Minime tristor, karissime,^a super Longobardorum deceptione; non enim deceperunt me, qui nequaquam habui fidem^b promissis eorum. De preteritis eorum fallaciis non curo, de futuris per Dei gratiam mihi cauebo. Non parum autem miror de te, qui et multam^c preteritorum habes memoriam, et non minorem futurorum iactaris habere prouidentiam, quod illius C(ononis) partibus consensisti, qui nec in sua terra aliquid tibi umquam^d donauit, neque posse donare fertur nec aliquid auferre in regno Italiae. Sed quamuis in hac causa non bene tibimet consuluisse uidearis, et mihi amicos meos probanti suffragium nullum prebueris, expectabo tamen illud optimum consilium quod mihi te daturum promittis, si tibi credere uolero. Manda ergo mihi per litteras quomodo uis ut tibi credam et que beneficia mihi proueniant per tuum consilium ex dono illius C(ononis) si regnum Italiae, quod mihi promittitur, et quod adipisci possem (Deo uolente) si multum curarem, quaerere desiero.^e Mulam quam rogasti non possum ad presens tibi mittere, quia non habeo talem qualem ad opus tuum uellem, nec repperitur in nostris partibus mula cornuta, uel quae tres caudas habeat, uel quinque pedes, uel alia huiusmodi, ut congrue possis eam dicere mirabilem. Mittam uero tibi quam cicius potero unam optimam ex melioribus quas repperire possim in nostra patria cum freno pretioso. Ceterum tapetum possem tibi mittere nisi fuissem oblitus quantae longitudinis et latitudinis tapetum iamdudum requisisti. Rememora ergo, precor, quam longum et latum esse uelis, et mittetur tibi si inuenire potuero.^f Sin autem, iubebo tibi fieri quale uolueris, si consuetudo fuerit

^c tibi dabo LDR ^d Vale om. P

113 LDRCP ^a karissime om. DR ^b fidem habuissem LDR (fidem supra L) ^c multum P, ante corr. L ^d numquam P ^e desiero om. P ^f potero LDRC

you, you will not lose your reward,³ and whatever you should want of me, I shall give you. Farewell.

*Duke William V of Aquitaine to Bishop Leo of Vercelli*¹
c. late 1025

To Bishop L(eo) of Vercelli from his very dear friend W(illiam) of Poitiers, with his greetings and the offer of his service.

I am by no means disheartened, my dear friend, at being deceived by the Lombards, for they did not deceive me since I had no faith in their promises. As regards their intrigues in the past, I have put them out of my mind; and for the future, I shall, by God's grace, be on my guard. I am, however, very much astonished at your having so much regard for the past and at your claiming to have as much foresight for the future in supporting C(onrad), who has never given you anything in his own land and who is said to be unable to give or to take away anything in the kingdom of Italy. But though you would seem to have been ill-advised here as concerns your own interests, and though you did not support me when I was putting my friends to the test, I shall still look forward to the excellent advice that you promise to send me if I would trust you. So write and let me know how you want me to trust you and what benefits you will advise C(onrad) to give me if I abandon my efforts to obtain the kingdom of Italy, which has been promised to me and which I might be able to secure, God willing, if I really wanted to. As to your request for a mule, I cannot send it to you at present because I do not have one that I would want you to use, and there is none to be found in our land that has horns, or three tails, or five feet, or any other feature that would warrant your calling it wonderful. But I shall send you as soon as I can the very best one that I can find in our land along with a precious bridle. As for the hangings, I could send them to you if I had not forgotten the length and width of those you asked for earlier. So I beg you to refresh my memory as to the length and width you want, and I shall send them to you if I can find them. Otherwise I shall have them made for you if

³ Cf. Matt. 10: 42; Mark 9: 40.

illud texendi^g apud nostrates. Nec pro his quero^h mercedem illam quam polliceris, ut dones mihi quaecumqueⁱ uolueris, quod fieri non potest. Peto autem ut etiam si nihil tibi dederis,^k memor sis mei in orationibus tuis, et ores pro me, 'ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitae meae, ut uideam uoluntatem Domini, et protegar a templo sancto eius,'² et illud optimum consilium quod mihi spondes ne differas. Promissiones tuae excitant me habere in te multam fidutiam, quia meum est amico credere, et de promissis eius non diffidere, et meum est aut nunquam promittere, aut promissa adimplere. Superius sermone nostro lusimus tecum, domine L(eo) frater carissime; nunc seria uerba dicemus. Longobardos non arguo deceptionis quam in me exercere uellent. Quantum enim^l in ipsis fuit partum erat mihi^m regnum Italiae si unum facere uoluisssem quod nefas iudicauis, scilicet ut ex uoluntate eorum episcopos qui essent Italiae deponerem, et alios rursum illorum arbitrio eleuarem. Sed absit a me rem huiusmodi facere, ut pastores aecclisiae quibus mei patres semperⁿ honorem exhibuerunt, et^o quos ipse quantum ualui semper exaltaui, sine crimine inhonorem. Sub hac conditione uellent quidam primorum Italiae me seu filium meum regem facere. Non laudauit mihi hanc uituperabilem conditionem prudens marchio Maginfridus, nec frater eius Alricus bonus episcopus,³ quorum me sanissimo plerumque uti consilio nunquam penitui.^b Quos supra omnes Italos prestantioris ingenii, fidei, bonitatis esse censeo. Siquid rerum mearum tibi pro certo placuerit quod mittere possim aut debeam, non te frustrabitur spes tua. Aequam mihi, queso, repende uicem, ut et ipse uotis meis imparem te non effitias. In proxime uentura festiuitate sanctae Dei genitricis Mariae litteras tuas opto uidere, quibus animi tui secreta mihi^q amico tuo fidissimo pandantur. In Christo uiuas, ualeas, uiuendo, ualendo.

^g texi LDRC ^h a te add. LDRC ⁱ quodcumque LDRC
^k dederis tibi LDR ^l enim om. LDRC ^m mihi erat LDRC ⁿ super L
^o et om. P ^p penituit LDRC ^q mihi om. LDRC

² Ps. 26: 4 (Roman Psalter).

